Subscriptum legitur: ተፈጸመ፡ በረድኤተ፡ እግዚአብሔር፡ ብስራተ፡ ማርቆስ፡ ሐዋርያ፡ ወኮነ፡ ጸሐፎ፡ በልሳነ፡ ሮሚ፡ ዘአፍርንጊ፡ በሀገረ፡ ሮምያ፡፡ እምድኅረ፡ ዐርገቱ፡ ለእግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ በሥጋ፡ ውስተ፡ ሰማይ፡ በ፲ወ፩ዓመት፡ በራብዕት፡ ዓመተ፡ መንግሥቱ፡ ለቀላውዴዎስ፡ ቄሣር፡ ንጉሠ፡ ሮምያ፡ ወስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ ለዓለም፡ አሜን፡፡ "Finitum est, cum auxilio Dei, Evangelium Marci Apostoli. Scripserat illud lingua Romana Francorum, in urbe Roma, postquam Dominus noster Jesus Christus cum corpore suo in coelum ascendit, anno undecimo, regni Claudii Caesaris, Imperatoris Romani, anno quarto. Et gloria sit Deo in saecula saeculorum! Amen."

Annexa est huic Evangelio haec *de Luca Evangelista Praefatio.* fol. 73.

በስመ፡ አብ፡ - - - ንቀድም፡ በረድኤተ፡ እግዚአብሔር፡ በጽሒፈ፡ መቅድመ፡ ሉቃስ፡ ኅሩይ፡ ፩እም፸ወ፪ አርድእት፡ ኅሩያን፡ ዝንቱ፡ ሉቃስ፡ ነበረ፡ ዓቃቤ፡ በአንጾኪያ፡ ወኮነ፡ ረድአ፡ ለእግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ወውእቱ፡ ቀለዮጳ፡ ዘተርእዮ፡ እግዚእነ፡ በፍኖተ፡ ኢማሁስ፡ በዕለተ፡ ትንሣኤ፡ እምድኅረ፡ ዕርገት፡ ኮነ፡ ረድአ፡ ለጴጥሮስ፡፡ ወሶበ፡ ተኅርየ፡ ጳውሎስ፡ ሰአሎ፡ ከመ፡ የሀሉ፡ ምስሌሁ፡ ወኮነ፡ ረድአ፡ ወጸሐፈ፡ ወንጌሎ፡ በልሳነ፡ ዮናናውያን፡ በእለ፡ እስክንድርያ፡ በ፲ወ፬ዓመተ፡ መንግሥቱ፡ ለቀላውዴዎስ፡ ቄሳር፡ ወይእቲ፡ ተፍጻሜተ፡ መንግሥቱ፡ ወሰበከ፡ ቦቱ፡ ቅድመ፡ ጳውሎስ፡ ወእምድኅሬሁ፡ ሉቃስ፡ መቄዶናዊ፡ ወአዕረፈ፡ ከዊኖ፡ ሰማዕተ፡ በሮም፡ አመ፡ ፳ወ፪ለጥቅምት፡፡ "Cum auxilio Dei praemittemus Praefationem de Luca electo, uno e septuaginta duobus Discipulis electis. Hic Lucas fuit medicus Antiochiae, et Domini nostri Jesu Christi discipulus factus est. Est idem ille Cleophas, cui Dominus noster in via Emmai, die Resurrectionis, apparuit. Post Ascensionem discipulus Petri factus est. Et postquam Paulus electus est, rogavit eum, ut cum ipso esset. Discipulus ejus factus est, et Evangelium suum, in lingua Graecorum, Alexandriae scripsit, anno regni Claudii Caesaris decimo quarto, qui est ultimus ejus regni. Primum id praedicavit Paulus, deinde Lucas, Macedo. Obdormivit autem, martyr factus, Romae, vicesimo secundo Tekemt[r] (mensis) die."

Variae Evangelii Lucae divisiones referuntur; argumentum 83 capitum Aethiopicorum excerpitur.

XI.

Codex membranaceus, formae 4^{ae} magnae, 75 folia continens, quorum paginae in binas columnas divisae sunt. Codicis proxime antecedentis pars altera est.

Evangelia Lucae et Joannis.

1. *Evangelium Lucae.* fol. 1—41.

Tit.: ብስራተ፡ አብ፡ ትሩፍ፡ ሉቃስ፡ ወንጌላዊ፡ ፩እምሰብዓ፡ ወክልኤቱ፡ አርድእት፡፡ ጸሎቱ፡ ወበረከቱ፡ ወሀብተ፡ ረድኤቱ፡ የሀሉ፡ ምስለ፡ ፍቁሩ፡ ወልደ፡ ክህን፡ ወምስለ፡ ብእሲቱ፡ ወለተ፡ ማርያም፡ ወምስለ፡ ወለቱ፡ ወለተ፡ ኢየሱስ፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡፡ "Evangelium Patris clari, Lucae Evangelistae, unius e septuaginta duobus Discipulis. Ejus preces, et benedictio, et donum auxilii sint cum dilecto ejus Walda-Kâhn, ejusque uxore Walata-

---

pag. 17; fusius traditur in Synaxario MS. Aethiop. sub xxx Miâziae mensis die.

r Sub hoc die ejus certamen in Synaxario Aeth. MS. refertur. Cfr. etiam Nicoll, Catalogum l. c.

Mariam, et filia Walata-Jasus, in saecula saeculorum! Amen."

Prologus Evangelii ab utraque editione impressa pariter dissentit. Est hic:

እስመ፡ ብዙኃን፡ እለ፡ አኀዙ፡ ይውጥኑ፡ ወይንግሩ፡ ወይምሀሩ፡ ሥርዓተ፡ ዜና፡ ግብር፡ ዘንሕነ፡ ጠየቅናሁ፡ በከመ፡ አይድኡነ፡ እልክቱ፡ እለ፡ ቀደሙነ፡ ርእየቶ፡ ወተልእክዎ፡ በኵሉ፡ ሊተኒ፡ ረትዓኒ፡ ካዕበ፡ ከመ፡ እጽሐፍ፡ ለከ፡፡ እስመ፡ ኮንከ፡ እተልዎ፡ ለኵሉ፡ ግብር፡ በጥይቅና፡ አዚዝ፡ ታኦፊላ፡ ከመ፡ ታእምር፡ ትእምርተ፡ ነገር፡ ዘበአማን፡፡

Textus ab editione impressa satis differt.

Subscriptum legitur: ተጽሕፈ፡ ጽሕፈተ፡ ብስራተ፡ ሉቃስ፡ ጠቢብ፡ እንተ፡ ጸሐፎ፡ በዮናኒ፡ በሀገረ፡ መቄደንያ፡ እምድኅረ፡ ዕርገቱ፡ ለእግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ በሥጋ፡ በ፳ወ፪ ዓመት፡ በዓመተ፡ ፲ወ፬እመንግሥተ፡ አቅሎንድዮስ፡ ቄሣር፡ ወስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡፡ "Exscriptum est Evangelium Lucae, medici, quod scripsit Graece in Macedonia, post Ascensionem Domini nostri Jesu Christi cum corpore, anno vigesimo secundo, anno regni Claudii Caesaris decimo quarto. Gloria sit Deo in saecula saeculorum! Amen."

Annexa est huic Evangelio haec *de Joanne Evangelista Praefatio.* fol. 41, 42.

በስመ፡ እግዚአብሔር፡ ዘይትወሐድ፡ በመለኮት፡ ወይሤለስ፡ በአካላት፡ መቅድመ፡ ወንጌሉ፡ ለዮሐንስ፡ ፈጻሚ፡ ብስራት፡ ዝንቱሰ፡ ዮሐንስ፡ ፩እም፡ ፲ወ፪ሐዋርያት፡ ስማ፡ ለእሙ፡ ባውፋልያ፡ ወካዕበ፡ ተሰምየት፡ ማርያም፡ ወውእቱ፡ እምነገደ፡ ዛብሎን፡ ወእምነ፡ ቤተ፡ ሳይዳ፡ ጸሐፈ፡ ወንጌሎ፡ በልሳነ፡ ዮናናውያን፡ በ፰ዓመት፡ እመንግሥተ፡ ኔሮን፡ ወልደ፡ አቅሎንድዮስ፡ ዘቀተሎሙ፡ ለጴጥሮስ፡ ወጳውሎስ፡ በ፲ወ፫ዓመተ፡ መንግሥቱ፡ እምድኅረ፡ ዕርገቱ፡ ለእግዚእነ፡ ፴ወ፭ዓመት፡ ወሰበከ፡ በሀገረ፡ እስያ፡ ወእምዝ፡ በሀገረ፡ ኤፌሶን፡ ወነበረ፡ ባቲ፡ ፳ወ፱ዓመተ፡ ወክፍል፡ እምኔሃ፡ ተፍጻሜተ፡ መንግሥተ፡ ኔሮን፡ ፮ዓመተ፡ መንግሥተ፡ አስባስያኖስ፡ ፲ዓመተ፡ ወመንግሥተ፡ ጢጦስ፡ ወልዱ፡ ፪ዓመተ፡ ወሰበ፡ ነግሠ፡ ድምጥያኖስ፡ ነበረ፡ ዮሐንስ፡ ፯ዓመተ፡፡ ወእምዝ፡ ሰደደ፡ ኀበ፡ ደሴት፡ እንተ፡ ትሰመይ፡ በጥሞስ፡ ወነበረ፡ ባቲ፡ ፯ዓመተ፡ እስከ፡ አመ፡ አዕረፈ፡ ድምጥርያኖስ፡ ወነግሠ፡ እምድኅሬሁ፡ ኔሮን፡ ዘይንእስ፡ ወሚጠ፡ ውስተ፡ ኤፌሶን፡ ወነበረ፡ ባቲ፡ ኑኃ፡ መንግሥቱ፡ ዘውእቱ፡ ዓመት፡፡ ወሐነጸ፡ ቤተ፡ ክርስቲያን፡ ወጸሐፈ፡ ፫መልእክታቲሁ፡ እንተ፡ ይእቲ፡ መልእክት፡ ሐዋርያዊት፡ ወሀለዉ፡ ምስሌሁ፡ ፫እምአርዳኢሁ፡ ለአግናጥዮስ፡ (sic) ዘኮነ፡ ሊቀ፡ ጳጳሳት፡ ዘአንጾኪያ፡ ወተውህበ፡ ለአንበሳ፡ በሮሚ፡ ወፎልፎርዮስ፡ ዘኮነ፡ ሰማዕተ፡ በሱምርያ፡ ወኮነ፡ ሰማዕተ፡ በእሳት፡ ወፎጊር፡ ዘኃደገ፡ በኤፌሶን፡ ወሰበ፡ ነግሠ፡ ጠራያኖ፡ ነበረ፡ ዮሐንስ፡ በመዋዕሊሁ፡ ፯ዓመተ፡ በኤፌሶን፡ ወሞተ፡ አመ፡ ፩ለወርኀ፡ ጥር፡ ወተቀብረ፡ ውስቴታ፡ ወኮነ፡ ኵሉ፡ መዋዕለ፡ ሕይወቱ፡ ፻ወ፩ዓመት፡፡ ወእምኔሁ፡ ዕርገተ፡ እግዚእነ፡ ፷ዓመት፡ ወእምድኅረ፡ ዕርገተ፡ እግዚእነ፡ ፸ወ፩ዓመት፡፡ ወእምዝ፡ አዘዞ፡ ለፊጊር፡ ረድኡ፡ ከመ፡ ኢይክሥት፡ መካነ፡ መቃብሪሁ፡ ከመ፡ ኢያእምር፡ መኑሂ፡ ወአልበ፡ ዘየአምር፡ መቃብሪሁ፡ ዘእንበለ፡ ፎጊር፡ ወተብህለ፡ ከመ፡ ዮሐንስ፡ አወፈዮ፡ መጽሐፈ አቡቀለምሲስ፡ ለፊጊር፡፡ "In nomine Dei, qui unus est Deitate, et trinus personis! Praefatio in Evangelium Joannis, ultimi Evangelistarum. Hic Joannes erat unus e duodecim Apostolis; nomen matris ejus Bauphelia (Theophilia), necnon Maria nominata erat. Ipse autem e tribu Zabulon, et e Beth-Saida fuit. Scripsit Evangelium suum in lingua Graecorum, octavo anno regni Neronis, filii Claudii, qui Petrum et Paulum interemit anno regni sui decimo tertio, anno post Domini Ascensionem tricesimo quinto. Praedicavit illud in terra Asiae, deinde in urbe Ephesi. Ibi per viginti novem annos commoratus est, quorum sex cum fine imperii Neronis, decem cum imperio Vespasiani, duo cum Imperio Titi, filii ejus, coincidunt. Postquam Domitianus Imperator factus est, Joannes habitavit ibi septem annos. Deinde a Domitiano in insulam, quae Patmos nominatur, relegatus, per septem annos, usque ad Domitiani mortem ibi habitavit, sed a Nerone minore (Nerva), qui illi successit,

Ephesum reductus est, et per totum ejus imperium, unum scilicet annum, ibi habitavit, Ecclesiam aedificavit, et tres Epistolas suas Apostolicas scripsit. Et erant cum eo tres ex discipulis ejus: Ignatius, qui Patriarcha Antiochiae factus, et Romae leonibus objectus est; Flifarius, qui Smyrnae per ignem martyrium passus est; Fugir, quem Ephesi reliquit. Postquam Trajanus Imperator factus est, Joannes per sex annos Ephesi habitavit, ibique quarto Ter mensis die [t] mortuus, et sepultus est. Omnes dies vitae ejus fuerunt centum anni et unus; scilicet ante Ascensionem Domini nostri triginta, post eam septuaginta unus. Deinde Fugirum, discipulum suum, vetuit locum sepulchri ejus notum facere. Nec quisquam, praeter Fugirum, sepulchrum ejus novit. Et refertur Joannes librum Apocalypsis Fugiro tradidisse [u]."

Post hanc Praefationem variae Evangelii divisiones explicantur, et Tabula argumenti viginti capitum Evangelii Joannis exhibetur.

2. *Evangelium Joannis.* fol. 43—75.

Tit.: ብስራተ: ሉብ: ትሩፋ: ረድእ: ትናጋሪ: በመለኮት: ዮሐንስ: ፍቁረ: እግዚእነ: ኢየሱስ: ክርስቶስ:: በረከት: ጸጋሁ: የሃሉ: ምስለ: ፍቁሩ: etc. "Evangelium Patris clari, Discipuli, Theologi, Joannis, amici Domini nostri Jesu Christi; benedictio gratiae ejus sit cum dilecto," etc. (ut in titulo Lucae Evangelii.)

Textus nequaquam correctus est, et cum textu impresso collatus, multas lectiones variantes praebet.

Postscriptum legitur: መልአ: ስብከተ: ዮሐንስ: ወልደ: ዘብዴዎስ: ሐዋርያ: ፩እም፲ወ፪ እንተ: ጸሐፎ: በዮናኒ: ለሰብአ: ኤፌሶን:: እምድኅረ: ዐርገቱ: ለእግዚእነ: ኢየሱስ: ክርስቶስ: በሥጋ: ውስተ: ሰማይ: በ፴ወ፰ዓመተ: መንግሠቱ: ለኔሮን: ቄሣር: ጸሎቱ: ወበረከቱ: የሀሉ: ምስለ: ፍቁሩ: ወልደ: ካህን: ወምስለ: ብእሲቱ: ወለተ: ማርያም: ወምስለ: ወለቱ: ወለተ: ኢየሱስ: ወምስለ: ጸሐፊሁ: ወልደ: ሥላሴ: ለዓለመ: ዓለም: አሜን:: "Completa est Praedicatio Joannis, filii Zebedaei, Apostoli, unius e Duodecim, quam scripsit Graece ad Ephesios, postquam Dominus noster, Jesus Christus cum corpore suo in coelum ascendit, anno trigesimo, et imperii Neronis Caesaris anno octavo. Ejus preces et benedictio sint cum dilecto ejus Walda-Kâhn, ejusque uxore Walata-Mariam, et filia Walata-Jasus, et scriba Walda-Selâsê, in saecula saeculorum! Amen."

ዝመጽሐፍ: ዘወልደ: ካህን: ዘአጽሐፎ: በንዋዩ: ከመ: ይኩኖ: መድኃኒተ: ነፍስ: ወሥጋ: ዘሠረቆ: ወዘፈሐቆ: ወዘነሥኦ: በኀይል: በሥልጣነ: ጴጥሮስ: ወጉዘ: (sic) ይኩን: በቃሎሙ:: "Hujus libri possessor est Walda-Kâhn, qui eum scribendum curavit sua pecunia, ut ei salvationi animae et corporis esset. Eum si quis furatur, et si quis detergit, et si quis vi aufert, ex auctoritate Petri anathema esto, verbis eorum [x]!"

XII.

Codex membranaceus, formae 4ae, ex 81 foliis [y] constans, quorum paginae in binas columnas divisae sunt, cura J. Brucii in Abyssinia, ab una manu, nitide, sed admodum inaccurate exaratus.

EVANGELIA MATTHAEI ET MARCI.

1. *Prolegomena in quatuor Evangelia, et Praefatio in Matthaei Evangelium.* fol. 1—12.

Sunt plane eadem, quae in Codice X. invenimus. Ordo autem paululum mutatus est: Tabulae enim harmonicae post Praefationem in Matthaeum, et a fine Prolegomenorum collocatae sunt. Praeterea hae Tabulae mancae sunt: non plures enim, quam quatuor Canones harmoniae exscripti sunt.

2. *Evangelia.*

a.) *Evangelium Matthaei.* fol. 13—56.

Tit.: ወንጌል: ዘማቴዎስ: "Evangelium Matthaei."

---

t Sub hoc die in Synaxario Aeth. MS. Joannis historia refertur.

u Eadem haec Praefatio, paululum mutata, legitur in Nicoll, Catalogo Cod. Orient. MSS. Bibl. Bodl. pag. 18. sub Cod. XIV. Arab. Christ.

x Sine dubio pluralis ad Apostolos Petrum et Paulum referendus est; haec enim formula usitata est: "anathema sit ore Petri et Pauli!"

y Fol. 4. a conglutinatore perverso ordine collocatum, post fol. 7. inserendum est.

Textus hujus Evangelii glossis ita refertus est, ut paraphrasi magis, quam versioni textus Graeci similis sit.

Praeter capita textus Aethiopici usitata, in margine etiam capita minora (አርእስተ፡ ነገር፡), seu capitula Harmoniae Evangeliorum, numero 355, notata sunt.

Annexa est huic Evangelio Tabula argumenti 48 capitum, in quae Marci Evangelium apud Aethiopes divisum est. fol. 56.

3. *Evangelium Marci.* fol. 57—80.

Tit.: ወንጌል፡ ዘማርቆስ፡ "Evangelium Marci."

Textus Evangelii glossis pluribus, rarioribus tamen, quam apud Matthaei Evangelium, obscuratus est. Capita minora, numero 235, in margine notata sunt.

Annexa est huic Evangelio Tabula argumenti 84 (sic) capitum, in quae Evangelium Lucae divisum est. fol. 80, 81.

XIII.

Codex membranaceus, formae 4ae, folia 75 continens. Est codicis proxime antecedentis pars altera, ab eadem manu scripta.

Evangelia Lucae et Joannis.

1. *Evangelium Lucae.* fol. 1—44.

Tit.: ወንጌል፡ ዘሉቃስ፡ "Evangelium Lucae."

Prologum, qui a prologo et Codicis XI, et editionum impressarum diversus est, hic addimus:

እስመ፡ ብዙኃን፡ እለ፡ አኀዙ፡ ይወጥኑ፡ ወይጽሐፉ፡ ነገረ፡ ዘንሕነ፡ ጠየቅናሁ፡ በከመ፡ አይድዑነ፡ እሉ፡ እለ፡ ቀዳሙነ፡ ወኮኑ፡ እምቅድም፡ ይሬእዩ፡ ኵሎ፡ ዘኮነ፡ ወይትለአኩ፡ ለቃለ፡ ፈቃዱ፡፡ ረትዓኒ፡ ሊተኒ፡ እትልወ፡ እምጥንቱ፡ ወእጠይቆ፡ በኵሉ፡ በበ፡ መትልው፡፡ ፈቀድኩ፡ ሶኒ፡ ከዕበ፡ እስመ፡ ነበርኩ፡ እንዘ፡ እተሉ፡ ኵሎ፡ በጥይቅና፡ ከመ፡ እጽሐፍ፡ ለከ፡ ኦአዚዝ፡ ቴኦፊላ፡ ከመ፡ ቴእምር፡ ትምህርተ፡ ነገር፡ ዘበአማን፡፡

Conditio textus eadem, atque in Marci Evangelio Codicis antecedentis.

Capita minora, numero 343, in margine notata sunt.

Annexus est Tabula argumenti 19 capitum, in quae Joannis Evangelium divisum est. fol. 44.

2. *Evangelium Joannis.* fol. 45—75.

Tit.: ወንጌል፡ ዘዮሐንስ፡ "Evangelium Joannis."

Textus aliquantulo melior esse videtur, quam in reliquis Evangeliis.

Capitum minorum nonnisi 22 prima in margine notata sunt.

XIV.

Codex membranaceus, formae 4ae, 69 folia continens, quorum paginae in binas columnas divisae sunt, ab una manu minus accurate exaratus. A Brucio emtione acquisitus est.

Epistolae Catholicae, Apocalypsis, Acta.

1. *Epistolae Petri.*

a.) *Prima.* fol. 1—5.

Inscriptio: በስመ፡ አብ፡ - - - ንቀድም፡ በረድኤተ፡ እግዚእነ፡ ወመድኃኒነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ንጽሐፍ፡ መልእክተ፡ ጴጥሮስ፡ ቀዳሚት፡፡ "In nomine Patris, etc.! Incipiamus cum auxilio Domini et Salvatoris nostri, Jesu Christi, scribere Epistolam Petri primam."

Divisa est in 10 capita (ክፍል፡), scilicet:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. i. 13. 3. Cap. ii. 4. 4. Cap. ii. 25. (med.). 5. Cap. iii. 10. 6. Cap. iii. 15. (med.). 7. Cap. iv. 1. 8. Cap. iv. 12. 9. Cap. v. 6. 10. Cap. v. 12.

In margine capita minora notata sunt, numero 54.

Subscriptum: መልአት፡ መልእክተ፡ ጴጥሮስ፡ ቀዳሚት፡ ወስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡፡ "Completa est Epistola Petri prima: et gloria sit Deo in saecula saeculorum! Amen."

b.) *Secunda.* fol. 5—8.

Tit.: መልእክተ፡ ጴጥሮስ፡ ዳግሚት፡ "Epistola Petri secunda."

Divisa est in 4 capita (ክፍል፡), scilicet:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. i. 16. (fin.) 3. Cap. i. 19. 4. Cap. iii. 1.

Capita minora in margine adscripta sunt, numero 29.

Subscriptum: መልአት፡ መልእክተ፡ ጴጥሮስ፡ ዳግሚት፡ ወስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ ለዓለመ፡

ዓለም፡ አሜን፡ "Completa est Epistola Petri secunda; et gloria sit Deo in saecula saeculorum! Amen."

2. *Epistolae Joannis.*

a.) *Prima.* fol. 8—12.

Tit.: መልእክተ፡ ዮሐንስ፡ ሐዋርያ፡ ወልደ፡ ዘብዴዎስ፡ ቀዳማዊ፡፡ "Epistola Joannis, Apostoli, filii Zebedaei, prima."

Divisa est in 10 capita (ክፍል፡), scilicet:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. ii. 1. 3. Cap. ii. 7. 4. Cap. ii. 27. 5. Cap. iii. 1. (fin.). 6. Cap. iii. 4. 7. Cap. iii. 7. 8. Cap. iii. 11. 9. Cap. iii. 18. 10. Cap. iv. 7.

Capita minora in margine adscripta sunt, numero 50.

Subscriptum: መልአት፡ መልእክተ፡ ዮሐንስ፡ ቀዳሚት፡ በሰላመ፡ እግዚአብሔር፡ አሜን፡ "Completa est Epistola Joannis prima, in pace Dei. Amen."

b.) *Secunda.* fol. 12.

Tit.: መልእክተ፡ ዮሐንስ፡ ዳግሚት፡ "Epistola Joannis secunda."

Divisa est in 3 capita, scilicet: vers. 1; vers. 4; vers. 7.

Subscriptum: መልአት፡ መልእክተ፡ ዮሐንስ፡ ዳግሚት፡ ወስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡፡ "Completa est Epistola Joannis secunda: et Deo sit gloria in saecula saeculorum! Amen."

c.) *Tertia.* fol. 12, 13.

Tit.: መልእክተ፡ ዮሐንስ፡ ሣልሲት፡ "Epistola Joannis tertia."

Subscriptum: መልአት፡ መልእክተ፡ ዮሐንስ፡ ሣልሲት፡ ወስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡ "Completa est Epistola Joannis tertia: et Deo sit gloria in saecula saeculorum! Amen."

3. *Epistola Jacobi.* fol. 13—17.

Tit.: መልእክተ፡ ያዕቆብ፡ እኁሁ፡ ለእግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ "Epistola Jacobi, fratris Domini nostri, Jesu Christi."

Divisa est in 7 capita (ክፍል፡), scilicet:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. i. 13. 3. Cap. ii. 14. 4. Cap. ii. 21. 5. Cap. iii. 1. 6. Cap. iv. 10. 7. Cap. v. 9.

Capita minora in margine adscripta sunt, numero 41.

Subscriptum est: መልአት፡ መልእክተ፡ ያዕቆብ፡ እኁሁ፡ ለእግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ወስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡፡ "Completa est Epistola Jacobi, fratris Domini nostri Jesu Christi: et Deo sit gloria in saecula saeculorum! Amen."

4. *Epistola Judae.* fol. 17, 18.

Tit.: መልእክተ፡ ይሁዳ፡ እኁሁ፡ ለያዕቆብ፡ "Epistola Judae, fratris Jacobi."

Capita minora in margine adscripta sunt, numero 4.

Subscriptum: መልአት፡ መልእክተ፡ ይሁዳ፡ እኁሁ፡ ለያዕቆብ፡፡ ወስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡ ወአሜን፡ ለይኩን፡ ለይኩን፡፡ "Completa est Epistola Judae, fratris Jacobi; et Deo sit gloria in saecula saeculorum! Amen et Amen. Fiat, fiat!"

5. *Apocalypsis.* fol. 18—36.

Tit.: ዘዮሐንስ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ ዘቍስጥንጥንያ፡ መጥሮጶሊስ፡ አመ፡ ሀለወ፡ ይሰደድ፡፡ "Joannis, Episcopi Constantinopolis metropolis, quo tempore exul erat [z]."

Capita, quae in textu notantur, haec sunt:

3. Cap. i. 7. 4. Cap. i. 9. 5. Cap. ii. 1. 6. Cap. ii. 8. 7. Cap. ii. 12. 8. Cap. ii. 18. 9. Cap. iii. 7. 10. Cap. iii. 14. 11. Cap. iv. 1. 12. Cap. v. 1. 13. Cap. v. 6. 14. Cap. v. 11. 15. Cap. vi. 1. 16. Cap. vi. 1. (med.) 17. Cap. vi. 3. 18. Cap. vi. 7. 19. Cap. vi. 9. 20. Cap.

[z] De hujus inscriptionis sensu consulere juvabit Prolegomena in Apocalypsim, quae in Cod. Aeth. XII. Musei Britannici continentur. In iis haec traduntur. Joannes Apostolus, quo tempore in Patmo insula exulabat, Apocalypsim scripsit, et ad Ecclesiae Episcopos Presbyterosque transmisit. Liber in numerum scriptorum canonicorum receptus, et, inde ab illo tempore usque in aetatem Diocletiani Imperatoris, in ecclesiis legi et exponi solebat. Diocletianus autem Biblia Christianorum ubique terrarum conquiri et deleri jussit. Postea sub Constantini M. imperio restituta sunt; sed Apocalypsis perdita erat, nec prius ex oblivione recuperata est, quam Joannes Chrysostomus, Patriarcha Constantinopolis, in Patmum insulam relegatus, eam invenit, et una cum commentario in eam, divina inspiratione revelato, usui Ecclesiae reddidit. Vid. Catalog. Cod. Aethiop. MSS. Musei Britannici. 1847. pag. 11, 12.

vi. 12. 21. Cap. viii. 1. 22. Cap. viii. 7. 23. Cap. viii. 8. 24. Cap. viii. 10. 25. Cap. viii. 12. 26. Cap. ix. 1. 27. Cap. ix. 13. 28. Cap. x. 1. 29. Cap. xi. 15. 30. Cap. xi. 19. 31. Cap. xiii. 1. (med.) 32. Cap. xiii. 11. 33. Cap. xiv. 1. 34. Cap. xiv. 6. 35. Cap. xiv. 9. 36. Cap. xiv. 14. 37. Cap. xv. 1. 38. Cap. xv. 5. 39. Cap. xvi. 2. 40. Cap. xvi. 3. 41. Cap. xvi. 4. 42. Cap. xvi. 8. 43. Cap. xvi. 10. 44. Cap. xvi. 12. 45. Cap. xvi. 17. 46. Cap. xvi. 18. 47. Cap. xvii. 1. 48. Cap. xviii. 1. 49. Cap. xix. 1. 50. Cap. xix. 11. 51. Deest. 52. Cap. xx. 1. 53. Cap. xx. 4. 54. Cap. xx. 11. 55. Cap. xxi. 9. 56. Cap. xxii. 6.

Subscriptum est: በዝየ፡ ተፈጸመ፡ ራእየ፡ ዮሐንስ፡ አቡቀለምሲስ፡ ዝውእቱ፡ ብሂል፡ ዘርእየ፡ በሕይወቱ፡ ራእየ፡ መንክራተ፡፡ (sic) ተጽሕፈ፡ ዝንቱ፡ መጽሐፍ፡ አቡቀለምሲስ፡፡ ወተተርጎመ፡ እምአረብ፡ ለቅብጥ፡፡ ወእምቅብጥ፡ ለግዕዝ፡፡ በእደ፡ ዕንባቆም፡ ምስኪን፡፡ መምህረ፡ ዘደብረ፡ ሊባኖስ፡፡ በረከተ፡ ጸሎቱ፡ ለቅዱስ፡ ዮሐንስ፡ የሀሉ፡ ምስለ፡ ገብሩ፡ መርቆሬዎስ፡ ኃጥእ፡ ወምስኪን፡ ወአብድ፡ ይዕቀበነ፡ ምስለ፡ ጸሐፊሁ፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡፡ ጢባርዮስ፡ ቀላውዴዎስ፡ ጢጦስ፡ ኔሮን፡ ቦ፡ ዘይቤ፡ ቈስጠንጢኖስ፡ መርቅያን፡ ክስሪ፡ ዱቅልጥያኖስ፡ ወመሐመድ፡ ዓዲ፡ ዓዲ፡ (sic) በካልዕ፡ አንቀጽ፡ ዱቅልጥያኖስ፡ ወመክስምያኖስ፡ መሐመድ፡ ነቢዮሙ፡ ለእስላም፡፡ እመር፡ ወልደ፡ አፅ፡ ጋፋር፡ ንጉሠ፡ ተንበላት፡፡ ቦ፡ ዘይቤ፡ ሄሮድስ፡ ዳኬዎስ፡፡ ብስጥያን፡ ዱቅልጥያኖስ፡ መክስምያኖስ፡፡ በረከተ፡ ጸሎቱ፡ ወሀብተ፡ ረድኤቱ፡ የሀሉ፡ ምስለ፡ ፍቁሩ፡ መርቆሬዎስ፡፡ "Hic explicit Visio Joannis Abucalamsis, i. e. ejus, qui vivus visionem miraculorum vidit. Transcriptus est hic liber Abucalamsis. Et translatus est e sermone Arabico in Copticum; e Coptico autem (translatus est) in Geez per 'Enbâcôm (Habacuc), Pauperem, Doctorem monasterii Libanos [a]. Benedictio precum Sancti Joannis sit cum servo ejus, Mercurio, peccatore, paupere, stulto! Tueatur nos, eum et scribam ejus, in saecula saeculorum! Amen."

"Tiberius, Claudius, Titus, Nero, secundum alios: Constantinus, Marcianus, Kesri (?), Diocletianus et Muhammed. Praeterea in capite alio: Diocletianus et Maximianus, Muhammed Propheta Islami, Amru filius Atz, Giafar, rex (Chalifa) Muhammedanorum. Alii dicunt: Herodes, Decius, Bestianus (?), Diocletianus, Maximianus. Benedictio precum, et donum auxilii ejus (Joannis) sit cum dilecto ejus Mercurio!"

6. *Acta Apostolorum.* fol. 36—69.

Tit.: መጽሐፈ፡ ግብረ፡ ልዑካን፡ ዝንቱ፡ ውእቱ፡ ዜና፡ ሐዋርያት፡ ንጹሐን፡ እምጊዜ፡ ዕርገቱ፡ ለእግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ዘጸሐፈ፡ ሉቃስ፡ ወንጌላዊ፡ ወፈነዎ፡ ኀበ፡ ታኦፊላ፡ ዘጸሐፈ፡ ሎቱ፡ ቀዳማዊ፡ ወንጌለ፡፡ "Liber Actorum Legatorum, h. e. Historia Apostolorum innocentium, inde a tempore Ascensionis Domini nostri Jesu Christi, scripta a Luca Evangelista, et missa ad Theophilum, cui primo Evangelium scripserat."

Capita, rubris initiis notata, haec sunt:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. i. 15. 3. Cap. ii. 1. 4. Cap. ii. 22. 5. Cap. iii. 12. 6. Cap. iv. 1. 7. Cap. v. 12. 8. Cap. v. 34. 9. Cap. vii. 11. 10. Cap. viii. 1. (med.) 11. Cap. viii. 26. 12. Cap. ix. 1. 13. Cap. ix. 32. 14. Cap. x. 1. 15. Cap. x. 9. 16. Cap. x. 21. (med.) 17. Cap. x. 25. 18. Cap. x. 44. 19. Cap. xi. 2. 20. Cap. xi. 19. 21. Cap. xi. 27. 22. Cap. xii. 1. 23. Cap. xiii. 16. 24. Cap. xiv. 1. 25. Cap. xv. 1. 26. Cap. xv. 22. 27. Cap. xvii. 5. 28. Cap. xviii. 22. (fin.) 29. Cap. xviii. 24. 30. Cap. xix. 11. 31. Cap. xix. 21. 32 Cap. xx. 7. 33. Cap. xx. 36. 34. Cap. xxi. 5. 35. Cap. xxi. 20. 36. Cap. xxi. 26. 37. Cap. xxi. 34. (fin.) 38. Cap. xxii. 12. 39. Cap. xxiii. 1. 40. Cap. xxiv. 1. 41. Cap. xxiv. 24. 42. Cap. xxv. 1. 43. Cap. xxv. 19. (med.) 44. Cap. xxvi. 24. 45. Cap. xxvii. 9. (fin.) 46. Cap. xxvii. 27. 47. Cap. xxvii. 35. 48. Cap. xxviii. 11.

Post usitatam libri conclusionem haec verba addita sunt:

እስመ፡ ውእቱ፡ በአ፡ በቀዳማይ፡ ጊዜ፡ ኀበ፡ ኔሮን፡ ወሞአ፡ ወሐረ፡ በሰላም፡ ወነበረ፡ ወእምድኅረ፡ ኑኀ፡ ፪ኤቱ፡ ዓመታተ፡ ወጽአ፡ ወእምዝ፡ ተመይጠ፡ ወአጥመቀ፡ አዝማዲሁ፡ ለኔ

[a] In subscriptione Apocalypsis Novi Testamenti, Romae a. 1548 editi, intercessio Habacuc cujusdam, "Patris multorum," e monasterio Libanos, invocatur. Fortasse idem Habucuc hic intelligitur.

ሮን፡ ወስምዓ፡ ኮነ፡ በእዴሁ፡ በሰይፍ፡ ዕንሠ፡ እስከ፡ ዝ፡ ነገር፡ አብጽሐ፡ ሉቃስ፡ በዜናሁ፡ ወዘተሠወረ፡ እምኔሁ፡ እስመ፡ አንተሰ፡ ተረክብ፡ በቀዳሚ፡ ፍከሬ፡ መልእክተ፡ ጴጥሮስ፡ ዜና፡ ግብረ፡ ጳውሎስ፡ ስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ ክቡር፡ ወልዑል፡ አኀዜ፡ ሥልጣን፡ ወኃይል፡ እስከ፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሚን። "Prima enim vice ad Neronem introductus, eum devicit, et in pace abiit et mansit. Praeterlapsis autem duobus annis egressus est; deinde reversus, cognatos Neronis baptizavit, ab eoque martyrium ense constanter passus est. Ad hunc locum Lucas relationem suam perduxit: quae autem hic omissa est, invenies in initio expositionis Epistolae Petri (sic), historiam actorum Pauli. Gloria sit Deo, venerando et celso, qui potestatem ac potentiam tenet, usque in saecula saeculorum! Amen[b]."

Textus scriptorum, quae in hoc Codice continentur, cum editione Londinensi[c] anni 1830 satis bene consentit; tamen non paucas lectiones variantes suppeditat.

XV.

Codex membranaceus, formae 4ae, codicis XIV. pars altera, 95 folia continens, quorum paginae in ternas columnas divisae sunt, inde a folio 86 characteribus minutioribus et negligentius exaratus.

Epistolae Pauli.

I. *Prolegomena in Pauli Epistolas.* fol. 1—4.

Tit.: መቅድመ፡ ጳውሎስ፡ ሐዋርያ፡ "Prolegomena in Paulum Apostolum."

Prolegomenis[d] in singulas Pauli Epistolas inscriptio: ምክንያተ፡ ጽሒፈቱ፡ መልእክተ፡ "causa, propter quam Epistolam scripsit," praefixa est; in iisque explicatur, cur, et ad quem, et ubi Paulus Epistolam scripserit, quid in ea docuerit, et per quem eam miserit.

II. *Epistolae.*

1. *Epistola ad Romanos.* fol. 5—21.

Tit.: መልእክት፡ ቀዳማዊ፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ሮሚ፡ "Epistola prima, ad Romanos."

Capita haec sunt:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. i. 18. 3. Cap. i. 26. 4. Cap. ii. 12. 5. Cap. iii. 1. 6. Cap. iii. 3. 7. Cap. iii. 5. 8. Cap. iv. 1. 9. Cap. iv. 6. 10. Cap. v. 1. 11. Cap. v. 20. 12. Cap. vi. 12. 13. Cap. vii. 1. 14. Cap. vii. 25. 15. Cap. viii. 12. 16. Cap. viii. 28. 17. Cap. ix. 6. 18. Cap. ix. 19. (fin.) 19. Cap. xi. 13. 20. Cap. xi. 25. 21. Cap. xii. 1. 22. Cap. xiii. 1. 23. Cap. xiv. 1. 24. Cap. xv. 1. 25. Cap. xv. 8. 26. Cap. xv. 25. 27. Cap. xv. 30. 28. Cap. xvi. 1.

Subscriptum: ተፈጸመ፡ ዘሮሚ፡ ወተጽሕፈ፡ በቆሮንቶስ፡ ወተፈነወ፡ በእደ፡ ፌቤን፡ እንተ፡ ትትለአኮሙ፡ ለማኅበረ፡ ክንክረአስ። ቃሉ፡ ፺ ወ፩ ወምዕራፉ፡ ፲፡ ወቦ፡ ዘይቤ፡ ፱፡ ፻፳ በጽርዕ። "Explicit (Epistola) ad Romanos. Scripta est Corinthi, et missa per Phoeben, quae in ministerio congregationis Kenchrensis erat. Ejus dicta sunt 91, sectiones 10; secundum alios: 9; 120 (dicta) in Graeco."

2. *Epistolae ad Corinthios.*

a.) *Prima.* fol. 21—36.

Tit.: መልእክት፡ ቀዳማዊ፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ቆሮንቶስ፡ "Epistola prima ad Corinthios."

Capita haec sunt:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. ii. 1. 3. Cap. iii. 1. 4. Cap. iv. 1. 5. Cap. iv. 16. 6. Cap. v. 13. 7. Cap. vii. 1. 8. Cap. vii. 25. 9. Cap. viii. 1. 10. Cap. ix. 1. 11. Cap. x. 1. 12. Cap. x. 14. 13. Cap. xi. 2. 14. Cap. xi. 18. 15. Cap. xii. 1. 16. Cap. xii. 31. 17. Cap. xiv. 5. 18. Cap. xiv. 18. 19. Cap. xv. 1. 20. Cap. xv. 21. 21. Cap. xvi. 1.

Sub finem Epistolae etiam capita minora in margine notata sunt.

Subscriptum: ተፈጸመ፡ መልእክት፡ ቀዳማዊ፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ቆሮንቶስ፡ ዘተጽሕፈ፡ በኤፌሶን፡ ወተፈነወ፡ በእደ፡ ጢሞቴዎስ፡ ወፈርደናጥስ፡ ወእስጢኖስ፡ (sic) ወአካይቆስ። "Explicit Epistola prima ad Corinthios, quae scripta est Ephesi, et missa per Timotheum, Fortunatum, Stephanam, Achaicum."

---

[b] Eadem subscriptio legitur in Cod. Christ. Arab. Musei Britannici XIV. et XV., post Acta Apostolorum (vid. Catalogum MSS. Orient. Mus. Brit. P. II. pag. 14. 18.)

[c] Novum Testamentum, Aethiopice, ad Codicum MSS. fidem edit. a Th. P. Platt. Londini. Impensis Societatis ad Biblia sacra evulganda institutae. 1830.

[d] Cf. Prolegomena similia, vel eadem in Catalogo Codicum Aethiopicorum Musei Brit. p. 11., sub Cod. XII.

b.) *Secunda.* fol. 36—46.

Tit.: መልእክት፡ ካልእት፡ ለሰብአ፡ ቆሮንቶስ፡፡ "Epistola secunda ad Corinthios."

Capita haec sunt:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. ii. 12. 3. Cap. iv. 5. 4. Cap. vi. 14. 5. Cap. viii. 1. 6. Cap. viii. 16. 7. Cap. ix. 1. 8. Cap. x. 1. 9. Cap. xii. 19. (med.)

Capita minora in margine notata sunt, numero 50.

Subscriptum: ተፈጸመት፡ መልእክት፡ ዳግሚት፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ቆሮንቶስ፡ ወተጽሕፈት፡ በፊልጵስዩስ፡ ዘመቄዶንያ፡ ወተፈነወት፡ በእደ፡ ቲቶ፡ ወሉቃስ፡ ወስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ ወትረ፡፡ "Explicit Epistola secunda ad Corinthios: scripta est Philippis in Macedonia, et missa per Titum et Lucam. Et Deo sit gloria in saecula saeculorum, in perpetuum!"

3. *Epistola ad Galatas.* fol. 46—51.

Tit.: መልእክት፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ገላትያ፡ ወተጽሕፈ፡ እንዘ፡ ሀሎ፡ ብሔረ፡ ሮሚ፡ "Epistola ad Galatas: scripta est, quum (Paulus) Romae erat."

Capita haec sunt:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. ii. 4. 3. Cap. iii. 15. 4. Cap. iv. 12. 5. Cap. v. 16.

Capita minora in margine notata sunt, numero 31.

Subscriptum: ተፈጸመት፡ መልእክት፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ገላትያ፡ ወተጽሕፈት፡ በሮሚ፡ ወተፈነወት፡ በእደ፡ ቲቶ፡ ረድእ፡ ወስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡ "Explicit Epistola ad Galatas: scripta est Romae, et missa per Titum, discipulum. Et gloria sit Deo in saecula saeculorum! Amen."

4. *Epistola ad Ephesios.* fol. 51—56.

Tit.: መልእክት፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ኤፌሶን፡ "Epistola ad Ephesios."

Capita haec sunt:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. ii. 8. (fin.) 3. Cap. iv. 1. 4. Cap. v. 15.

Capita minora in margine notata sunt, numero 30.

Subscriptum: ተፈጸመ፡ መልእክት፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ኤፌሶን፡ ወተጽሕፈ፡ በሮሚ፡ ወተፈነወ፡ በእደ፡ ጢኪቆስ፡ ወስብሐት፡, etc. "Explicit Epistola ad Ephesios: scripta est Romae, et missa per Tychicum. Et gloria sit," etc.

5. *Epistola ad Philippenses.* fol. 56—59.

Tit.: መልእክት፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ፊልጵስዩስ፡ ወተጽሕፈ፡ እንዘ፡ ሀሎ፡ ብሔረ፡ ሮሚ፡ "Epistola ad Philippenses: scripta est, quum (Paulus) Romae erat."

Capita haec sunt:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. ii. 12. 3. Cap. iii. 1.

Capita minora in margine notata sunt, numero 21.

Subscriptum: ተፈጸመ፡ መልእክት፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ፊልጵስዮስ፡ ወተጽሕፈ፡ በሮሚ፡ ወተፈነወ፡ ምስለ፡ ቲሞቴዎስ፡ ወአፍሮዲጡ፡፡ ቃሉ፡ ፪፻፲ወ፪ ወምዕራፍ፡ ፮፡ ወበ፡ ዘይቤ፡ ፪፻ወ፰፡ "Explicit Epistola ad Philippenses: scripta est Romae, et missa cum Timotheo et Aphrodito. Ejus dicta 212, sectiones 6; secundum alios 208."

6. *Epistola ad Colossenses.* fol. 59—62.

Tit.: መልእክት፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ቆላስይስ፡ ወተጽሕፈ፡ እንዘ፡ ሀሎ፡ ብሔረ፡ ሮሚ፡ "Epistola ad Colossenses: scripta est, quum (Paulus) Romae erat."

Capita haec sunt:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. ii. 6. 3. Cap. iii. 16.

Capita minora in margine notata sunt, numero 25.

Subscriptum: ተጽሕፈ፡ በሮሚ፡ ወተፈነወ፡ በእደ፡ ጢኪቆስ፡፡ ቃሉ፡ ፫፻ወ፲፻ (sic) ወምዕራፍ፡ ፲፡፡ ወበ፡ ዘይቤ፡ ፪፰ (sic): "Scripta est Romae, et missa per Tychicum. Ejus dicta 310, et sectiones 10; secundum alios 208 (dicta.)."

7. *Epistolae ad Thessalonicenses.*

a.) *Prima.* fol. 62—65.

Tit.: መልእክት፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ተሰሎንቄ፡ ወተጽሕፈ፡ እንዘ፡ ሀሎ፡ ብሔረ፡ አቴና፡፡ "Epistola ad Thessalonicenses: scripta est, quum (Paulus) Athenis erat."

Capita haec sunt:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. ii. 13. 3. Cap. iv. 1. 4. Cap. iv. 13.

Capita minora in margine notata sunt, numero 18.

Postscriptum: ተፈጸመ፡ መልእክት፡ ቀዳሚ፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ተሰሎንቄ፡ ወተጽሕፈ፡ እምአቴና። ወተፈነወ፡ ምስለ፡ ጢሞቴዎስ፡ ጢኪቆስ፡ ወአናሲሞስ፡ ቃሉ፡ ፪፻፲ወ፪ ወምዕራፊ፡ ፬፯ (sic)፡ ወበ፡ ዘይቤ፡ ቃሉ፡ ፻፱፡ "Explicit Epistola prima ad Thessalonicenses: scripta est Athenis, et missa cum Timotheo, Tychico et Onesimo. Ejus dicta 212, sectiones 4, 7 (sic); secundum alios ejus dicta 109."

b.) *Secunda.* fol. 65, 66.

Tit.: መልእክት፡ ካልእ፡ ለሰብአ፡ ተሰሎንቄ፡ ወተጽሕፈ፡ እንዘ፡ ሀሎ፡ ሎዶቅያ፡ "Epistola ad Thessalonicenses secunda: scripta est, quum (Paulus) Laodiceae erat."

Capita minora in margine notata sunt, numero 7.

Subscriptum: ተፈጸመ፡ ካልእ፡ መልእክት፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ተሰሎንቄ፡ ወተጽሕፈ፡ በአቴና፡ ለሎዶቅያ፡ ወተፈነወ፡ በእደ፡ ጢኪቆስ፡ ቃሉ፡ ፹ ወምዕራፊ፡ ፭፡ ወበ፡ ዘይቤ፡ ቃሉ፡ ፻፡ "Explicit Epistola ad Thessalonicenses secunda: scripta est Athenis ad Laodiceam[e], et missa per Tychicum. Ejus dicta 80, et sectiones 5; secundum alios ejus dicta 100."

8. *Epistolae ad Timotheum.*

a.) *Prima.* fol. 66—70.

Praemissa est eadem Praefatio in Epistolam, quae supra in Prolegomenis legitur.

Tit.: መልእክተ፡ ጳውሎስ፡ ቀዳማዊ፡ ጢሞቴዎስ፡ (sic) ወተጽሕፈ፡ እንዘ፡ ሀሎ፡ ቡብሔረ፡ አቴና፡ "Epistola Pauli (ad) Timotheum prima: scripta est, quum Athenis erat."

In textu unum tantum caput distinctum est, scilicet Cap. i. 18; capita minora in margine notata sunt, numero 28.

Subscriptum: ቃሉ፡ ፫፻ ወምዕራፊ፡ ፳፯ወ፪፫ (sic): ተጽሕፈ፡ በአቴና፡ ወተፈነወ፡ በእደ፡ ቲቶ። "Ejus dicta 300, et sectiones 27, et 2, 3. (sic). Scripta est Athenis, et missa per Titum."

e In Prolegomenis asseritur, hanc Epistolam a Paulo Laodiceae scriptam et relictam, et posthac, cum Paulus Epistolam suam ad Colossenses, Romae scriptam, misisset, ejus jussu per Colossenses Thessalonicensibus traditam esse. Cf. Col. iv. 16.

b.) *Secunda.* fol. 70—73.

Praemissa est eadem Praefatio in Epistolam, quae supra in Prolegomenis legitur.

Tit.: መልእክት፡ ካልእ፡ ኀበ፡ ጢሞቴዎስ፡ ወተጽሕፈ፡ እንዘ፡ ሀሎ፡ ብሔረ፡ ሮሜ፡ "Epistola ad Timotheum secunda: scripta est, quum (Paulus) Romae erat."

Capita haec sunt:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. ii. 14. 3. Cap. iii. 14.

Capita minora in margine notata sunt, numero 20.

Subscriptum: ተጽሕፈ፡ በሮሜ፡ ወተፈነወ፡ በእደ፡ አንክርሎስ፡ ፻፮ ቃሉ፡ ወምዕራፊ፡ ፻፸፪፡ "Scripta est Romae, et missa per Ancerelum[f]; ejus dicta 106, sectiones 172 (sic)."

9. *Epistola ad Titum.* fol. 73, 74.

Praemissa est Praefatio in Epistolam eadem, quae supra in Prolegomenis legitur.

Tit.: መልእክት፡ ኀበ፡ ቲቶ፡ ወተጽሕፈ፡ እንዘ፡ ሀሎ፡ ብሔረ፡ ቆጵልዮን፡ "Epistola ad Titum: scripta est, quum (Paulus) Nicopoli erat."

In textu unum tantum caput inscriptum est, scilicet Cap. ii. 11; capita minora desunt.

Subscriptum: ተፈጸመ፡ ለቲቶ፡ ተጽሕፈ፡ በሀገረ፡ ንቆጵሎን፡ ወተፈነወ፡ ምስለ፡ አርጠማ፡ ረድኡ፡ ቃሉ፡ ፯ ወምዕራፊ፡ ፭ ወበ፡ ዘይቤ፡ ፺፮፡ "Explicit (Epistola) ad Titum: scripta est in urbe Nicopoli, et missa cum Artema, ejus discipulo. Ejus dicta 7, sectiones 5; secundum alios 96 (dicta)."

10. *Epistola ad Philemonem.* fol. 74, 75.

Praemissa est Praefatio eadem, quae supra in Prolegomenis legitur.

Tit.: መልእክት፡ ለፊልሞና፡ ወተጽሕፈ፡ እንዘ፡ ሀሎ፡ ብሔረ፡ ሮሜ፡ "Epistola ad Philemonem: scripta est, quum (Paulus) Romae erat."

Subscriptum: ተፈጸመ፡ በዝየ፡ ቃሉ፡ ፯ ወምዕራፊ፡ ፪ ተጽሕፈ፡ በሮሜ፡ ወተፈነወ፡ ምስለ፡ አናሲሞስ፡ "Hic explicit. Dicta 7; sectiones 2. Scripta est Romae, et missa cum Onesimo."

f Nomen sine dubio corruptum ex Onesiphoro.

11. *Epistola ad Hebraeos.* fol. 75—85.

Tit.: መልእክት፡ ኀበ፡ ሰብአ፡ ዕብራውያን፡፡ "Epistola ad Ebraeos."

Capita haec notata sunt:

1. Cap. i. 1. 2. Cap. vi. 12. (med.) 3. Cap. ix. 11. 4. Cap. x. 37. 5. Cap. xi. 1. 6. Cap. xi. 11. 7. Cap. xii. 1. 8. Cap. xii. 28.

Capita minora in margine adscripta sunt, numero 65.

Postscriptum: ተፈነወ፡ በእደ፡ ጢሞቴዎስ፡ እምኢጣልያ፡ ቃሉ፡ ፫፻፵፮ወ፪ ወምዕራፉ፡ ፳ወ፫፡፡ "Missa est per Timotheum ex Italia; ejus dicta 346, sectiones 23."

Denique haec subscriptio addita est: ዘመጽሐፍ፡ ዘመርቆሬዎስ፡ ዘአጽሐፎ፡ በንዋዩ፡ ዘሠረቆ፡ ወዘፈሐቆ፡ በሥልጣነ፡ ጴጥሮስ፡ ወጳውሎስ፡ ውጉዘ፡ ለይኩን፡ ለዓለም፡ አሜን፡፡ "Hujus libri possessor est Mercurius, qui eum scribendum curavit sua pecunia. Eum qui furatur, et qui detergit, potestate Petri et Pauli anathema esto in aeternum! Amen."

In marginibus Codicis nomina scriptorum, e quibus a Paulo in Epistolis testimonia afferuntur, notata sunt.

De textu idem valet, quod ad Cod. XIV. annotatum est.

III. *Prolegomena in Pauli Epistolas.*

1. *Praefatio prima.* fol. 86—89.

Tit.: ትርጓሜ፡ መጽሐፈ፡ ለጳውሎስ፡ ሐዋርያ፡ ብፁዓዊ፡ "Interpretatio libri Pauli, Apostoli beati."

Continentur in ea a.) Vita Pauli, Apostoli; b.) enumeratio singularum Epistolarum, ab eo scriptarum; c.) enumeratio capitum, capitum Copticorum (በቀብጢ፡), capitum minorum (ሐር እስተ፡ ነገር፡), testimoniorum (ስምዐታት፡), dictorum (ቃላት፡), quae in illis occurrunt; d.) tabula testimoniorum singulorum, quae in singulis Pauli Epistolis allegantur[g]."

Subscriptum: ተፈጸመ፡ መቅድመ፡ ጳውሎስ፡ በሰላመ፡ እግዚአብሔር፡ አሜን፡ "Expliciunt Prolegomena in Paulum, in pace Dei. Amen."

2. *Vita Pauli alia*[h]. fol. 89.

3. *Prolegomena in Epistolas alia.* fol. 89—93.

Tit.: በስመ፡ - - - ንቀድም፡ በረድኤተ፡ እግዚአብሔር፡ ወሀብታቲሁ፡ በጽሒፍ፡ ዘተረክበ፡ በውስተ፡ ካልእ፡ መጽሐፍ፡ እንዘ፡ ኢተጽሕፈት፡ እምኔሁ፡ እመልእክታት፡ "In nomine Patris etc. Incipiamus cum auxilio Dei et donorum ejus scribere, quae in libro alio inveniuntur, unde nulla ex Epistolis transcripta est."

In his Prolegomenis causae, propter quas Paulus singulas Epistolas scripsit, et argumenta capitum fusius explicantur.

4. *Prolegomena in Epistolas eadem, quae ab initio Codicis leguntur.* fol. 93—95.

5. *Vocabularium in quasdam Pauli Epistolas, brevius.* fol. 95.

Vocabula et phrases difficiliores modo Aethiopice, modo Amharice exponuntur.

CANONES.

XVI.

Codex membranaceus, formae 4ae magnae, 217 folia continens, quorum paginae in ternas columnas divisae sunt, annis p. Ch. n. 1686 et 1687, ab una manu eleganter exaratus.

Inde a folio 194 usque in finem titulos et capitum numeros inscribere omisit librarius.

FETHHA-NAGAST ET FAUS-MANFASAWI.

I. *Fethha-Nagast*[i], i. e. Jus Regum. fol. 1—169.

Inscriptio haec est: በስመ፡ አብ፡ ወወልድ፡ ወመንፈስ፡ ቅዱስ፡ ፩አምላክ፡፡ ነወጥን፡ በረ

---

[g] Excerpimus quaedam memorabilia. Haustum esse dicitur 1 Cor. ii. 9. e Visione Eliae (ራእየ፡ ኤልያስ፡), 1 Cor. xv. 33. e Mysterio libri Visionis (ምሥጢረ፡ መጽሐፈ፡ ራእይ፡), Gal. v. 6. (neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium) e Visione Mosis (ራእየ፡ ሙሴ፡), Tit. i. 12. e Cretensibus (ዘቀርጤናውያን፡).

[h] Est Vita eadem, quae Codici Arab. Christ. XV. Musei Britannici (vid. Catal. MSS. Orient. Mus. Brit. P. II. p. 16) praemissa est, eandemque notam de versione Epistolarum, e sermone Syriaco in Arabicum facta, subscriptam habet.

[i] Hic est verus hujus libri titulus. Ab initio quidem Codicis non inscriptus est, sed in subscriptione occurrit.

ድሌተ፡ እግዚአብሔር፡ ወሠና፡ ሠርሐቱ፡ በጽሒፈ፡ መቅድመ፡ ጉባኤ፡ ዘአስተጋብእዎ፡ ሊቃውንት፡፡ በረከቶሙ፡ ትኩን፡ ምስለ፡ ፍቅርቶሙ፡ ሰብለ፡ ወንጌል፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡፡ "In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, unius Dei! Incipiamus, cum auxilio Dei, et dono favoris ejus, scribere Praefationem in Collectionem, quam Seniores collegerunt. Eorum benedictio sit cum dilecta eorum Sabla-Wanghêl, in saecula saeculorum! Amen."

Sequitur *Praefatio* ipsa, in duo capita divisa. fol. 1—5.

Eorum in *priore* tractatur de origine, usu, scopo, dispositione, et auctoritate hujus libri. De origine narratur, Constantinum M. Imperatorem a 318 Episcopis, Nicaeae congregatis, petiisse, ut ipsi regulas administrationis et jurisdictionis cum religionis Christianae principiis consentaneae notas facerent. Episcopos autem in hac re Dei auxilium imploravisse, ab eoque jussos esse, Corpus Juris e Vetere et Novo Testamento compilare. Compositum esse librum ab *Ibn-Elassal*[k], et ab Episcopis Constantino traditum, ut normam jurisdictionis ex eo cognosceret (ወአዘዞሙ፡ እግዚአ፡ ከመ፡ ያስተዋፅኡ፡ መጽሐፈ፡ ፍትሕ፡ እምብሉይ፡ ወሐዲስ፡፡ ወጸሐፉ፡ ለዝቲ፡ መጽሐፍ፡ እብነ፡ እልአሳል፡ ወወሀብዎ፡ (sic) ለቈስጠንጢኖስ፡ ወልደ፡ እሌኒ፡፡).

In capite *posteriore*[l], de canonibus et scriptis, unde hoc Corpus Juris compilatum est, disseritur, et siglae, quarum ope illa in Nomocanone citantur, exponuntur. Quae relatio quum ad historiam harum literarum illustrandam magni momenti sit, potiorem ejus partem excerpimus.

Praeter libros biblicos inter auctoritates, e quibus hoc Corpus Juris haustum est, hi canones recensentur.

1.) "Canones[m], quos *Apostoli* statuerunt, quum in coenaculo Zionis congregati erant post Ascensionem, postquam Spiritus S. super eos demissus est, et antequam ad praedicandum dispersi sunt. Eos e lingua Graeca in Arabicam vertendos curaverunt Melchitae ac Nestoriani: scripti inveniuntur apud Jacobitas et Syros. Eorum numerus apud Melchitas est 30; sigla autem litera Ain."

2.) "Canones, quos iidem *Apostoli* statuerunt, et per Clementem, discipulum Petri, principis Apostolorum, ad omnes discipulos, omnesque fideles miserunt. Eos Melchitae et Nestoriani, in libro uno, in sermonem Arabicum verterunt. Eorum numerus est apud Melchitas 83[n]; item apud Jacobitas et Syros. Apud Nestorianos autem numerus est 82, sicut refertur in Libro (Juris) omnium Christianorum, quem collegit Ben Taib[o], Nestorianus. Eorum Canonum siglae sunt 4 literae, duae e nomine Apostoli, tertia e nomine discipuli, per quem missi sunt. Tradiderunt au-

---

Idem hic liber extat Aethiopice in Bibliotheca Francofurtensi (vid. E. Rüppell, Reise in Abyssinien. 1840. Vol. II. p. 185—188.), et Tubingensi (vid. Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes. Vol. V. 1843. p. 198). Ejus argumentum excerptum est apud Rüppellium, l. c. Haec excerpta castigavit, et quaedam emendavit E. Rödiger in dem Ergänzungsblatte zu der Haller allgemeinen Literatur Zeitung. 1841. No. 23. p. 180. Falso hic Codex sub nomine Synodi vel Constitutionum Apostolicarum descriptus est in J. Bruce's Travels, ed. II. 8vo. Vol. II. p. 417.

[k] Abu Isaac Benassal, patria Aegyptius, secta Jacobita, claruit ineunte saeculo decimo tertio nostrae aerae, sub Cyrillo Lachlacho, Alexandriae Patriarcha LXXV. Plura de ejus vita et scriptis videre licet apud Assemanum in Catalogo Codicum MSS. Orient. Bibliothecae Pal. Medic. Florent. 1742. p. 100. Nomocanon, ab eo scriptus, extat Arabice in Bibl. Medic. (l. c. Cod. LX. LXI.), Bibl. Regia Paris. (Catalogus MSS. Orient. 1739. Cod. Arab. Christ. CXXI. CXXII.), Bibl. Vaticana (Assemani Bibl. Orient. I. p. 623. Cod. Arab. X.), et Bibl. Bodleiana (Catalog. MSS. Orient. ed. Uri, Cod. Arab. Christ. LXVII. LXIX. LXXIV.). Hunc Benassali Nomocanonem cum nostro libro Fethha-Nagast eundem esse, comparatio argumenti ipsa docebit. Auctor initii Praefationis autem in anachronismum gravem incidit, quum Benassalum tempore Constantini M. vixisse finxit.

[l] Quaedam ex hoc capite leguntur, ex Arabico in Latinum versa, apud Nicoll, Cod. MSS. Orient. Bibl. Bodl. Catalog. P. II. p. 41 sq. sub Cod. Christ. Arab. XL.

[m] Omnes fere ii, qui in hoc capite nominantur, canones continentur in Cod. Arab. II et III apud Assem. Bibl. Orient. I. p. 619; in Cod. Christ. Arab. LXI. LXII. apud Uri, Catalog. Bibl. Bodl. p. 39; in Cod. Arab. Christ. XIX Musei Britannici (Catalog. p. 21 sq.); multi quoque in Cod. Arab. Christ. XXXVI. apud Nicoll, Catalog. Cod. Orient. Bibl. Bodl. p. 33 sq. Cfr. etiam, quae Ludolfus in Comment. ad Histor. III. No. XXX. p. 301 de iis attulit; item Assem. Catalog. Cod. Orient. MSS. Bibl. Med. Palat. p. 96. Cod. LVIII. Aethiop.

[n] Vid. Cod. Mus. Brit. Arab. Chr. XIX (l. c.), No. 2.

[o] Abulpharagius Abdallah Ben Attib (الطيب) ineunte undecimo Christi saeculo floruit. De ejus vita et scriptis plura videre licet apud Assemanum, in Bibl. Orient. tom. III. P. I. p. 544 sq. Ejus Jurisprudentia Christiana, quae hic citatur, recensetur ibid. p. 547.

tem, Abbatem Michaelem [p], Metropolitam Damiati urbis, Canones illos, breviores factos, collegisse, et omnes eos, qui extabant, in tres libros redegisse, singulisque suum numerum ita assignavisse, ut nullus in alio capite rursus appareret, sed in uno tantum capite occurreret (ተብህለ፡ አበ፡ ሚካ ኤል፡ ዘሀገረ፡ ድምያጥ፡ ሊቀ፡ ጳጳሳት፡ (sic) እሎንተ፡ ሕፁረ፡ ቀኖናተ፡ አስተጋብአ፡ ዘው እቶሙ፡ ፫መጽሐፍት፡ እምኵሉ፡ ዘተጽሕፈ፡ እምኔሆሙ፡ ለለ፩ በበ፡ ኍልቆሙ፡ ወሊቦነ፡ ፩ሂ፡ ዘተከለሠተ፡ በካልእ፡ እምክፍል፡ ወእቱ፡ በሕቲቱ፡ ከሠቶሙ፡፡). Quarta autem sigla monstrat, primum esse librum. Ejus sigla igitur est ረስጠ፡ (Rasta α), i. e. Clementis primus. Copti (ግብጸውያን፡) autem hunc librum in duos libros dissecuerunt, quorum utervis potiorem libri alterius partem continet. Eorum prior 81 [q] Canones habet, et sigla ejus est ረስጠብ፡ (Rasta β) i. e. Clementis secundus. Posterior autem 56 [r] Canones habet, ejusque sigla est ረስጠ፫፡ (Rasta γ) i. e. Clementinorum tertius. Hi igitur tres libri concordant in argumento, sed differunt in numero capitum; nec nisi pauca unus alii superaddita habet." 3.) "*Didascalia* [s], i. e. Doctrina, liber apud Coptos celeberrimus. Liber fert, ad eum statuendum 12 Apostolos, et Paulum selectum, et Jacobum, Episcopum Hierosolymitanum, Hierosolymis congregatos fuisse. In eo evulgando autem operam impenderunt Aegyptii. Nec quidquam in illo continetur, quod canonibus inferius sit: plurima sua testimonia petierunt ex Evangelio et e Vetere (Testamento). Habet 39 capita; ejusque sigla est ዲስቅ፡ i. e. Didascalia." 4.) "*Epistola Petri ad Clementem* [t]; ejus sigla ጴጥ፡ i. e. Petrus."

5.) "Canones primi Conciliorum, quae post Apostolos habita sunt, scilicet *Ancyrae* [u] in terra Galatia, ubi 12 Episcopi congregati erant propter varios Apostatas (Haereticos), qui tempore terroris (ፋርሃት፡) lapsi sunt. Numerus Canonum in libro Coptorum est 25: eorum sigla autem nomen ipsum." 6.) "Canones Synodi secundae, quae *Kertagenae* [x], prope Caesaream, congregata erat. Episcopi fuerunt numero 50, qui 14 Canones statuerunt, de matrimonio et sacerdotibus. Sigla eorum est ቀጠግ፡ i. e. Kertagena." 7.) "Canones Concilii tertii, *Gangrae* [y] a 15 Episcopis habiti. Congregati erant ad excommunicandos eos, qui esum carnis et matrimonium prohibebant; statueruntque propter hanc et similes causas 20 Canones. Eorumque sigla est ጋንር፡ i. e. Gangra." 8.) "Canones Concilii quarti, 13 Episcoporum, qui *Antiochiae* [z] congregati erant propter haeresim Pauli Samosateni, qui Christum merum hominem esse asserebat. Hunc deposuerunt, et 25 Canones propter ejus haeresim statuerunt. Eorum sigla est ጽን፡ i. e. Antiochia." 9.) "Canones Concilii quinti, primi Conciliorum magnorum, quod *Nicaeae* anno incarnationis 335, et anno decimo nono imperii Constantini M., primi Imperatorum Christianorum, congregatum erat. Episcopi fuerunt numero 318, quos ab 2340 Episcopis electos fuisse referunt. Congregati erant ob haeresim Arii, qui Filium creatum esse asserebat. Cum eo disputavit Alexander, Patriarcha Alexandriae, eumque devicit: Synodus autem cum illo eo consensit, ut Arium deponeret et excommunicaret. Scripserunt librum, in quo Fides recta continetur; deinde de jure permultos Canones statuerunt. In hoc autem libro duae sectiones sunt. *Earum prior* [a] continet 20 Canones, et sub finem dicta innumera, cum illis consentanea. Ejus sigla est ኒቅ፡

[p] Abba Michael, Metropolita Damiatensis, sub Marco, Patriarcha Alexandriae Jacob. LXXIII. claruit, (vid. Renaudotium in Histor. Patr. Jacob. Alex. p. 552; Le Quien, Oriens Christ. II. p. 487). Ab eo 10 Canones extant in Cod. Arab. Christ. Bibl. Bodl. LXII. No. 14. (Catal. ed. Uri p. 40.), et in Cod. Arab. III No. 16., qui apud Assemanum in Bibl. Orient. I. p. 619 recensetur.

[q] Cfr. Mus. Brit. Cod. cit. No. 11.

[r] Cfr. Mus. Brit. Cod. cit. No. 12.

[s] Cfr. Mus. Brit. Cod. cit. No. 13. Didascalia Aethiopice edita est a Th. P. Platt, sub titulo: The Ethiopic Didascalia etc. Lond. 4to. 1834.

[t] Cfr. Mus. Brit. Cod. cit. No. 14.

[u] Cfr. Mus. Brit. Cod. cit. No. 16.

[x] De hoc nomine vide supra p. 13. Locus Aethiopicus est: ዘተጋብኡ፡ በቅርጠግና፡ ወውእቱ፡ ህልው፡ ኀበ፡ ቂሳርያ፡፡ In codicibus Arabicis legitur: وهو منسوب الى قيسارية "quae a Caesarea cognominata est;" cfr. Nicoll, Catalog. Bibl. Bodl. Cod. MSS. Orient. P. II. p. 34. De Canonibus cfr. Mus. Brit. Cod. cit. No. 17.

[y] Cfr. Cod. Mus. Brit. cit. No. 18.

[z] Ibid. No. 19.

[a] Ibid. No. 22.

i. e. Nicaea. *Posterioris*[b] autem multiplicem usum fecimus. Eum vertendum curaverunt Melchitae et Nestoriani: et receptus est apud Jacobitas et Syros. Canones sunt in libro Melchitarum 84; dicta autem illo annexa sunt innumera. Sed liber Melchitarum additamenta continet, illis propria. Sigla est ኒቅያ።" 10.) "Canones Concilii sexti, *Laodiceae*[c] a 19. Episcopis habiti, qui congregati erant propter Manem, aliosque Magos (ሰብአ፡ ፈጠራ፡) infideles. Statuerunt 59 Canones de sacerdotio, disciplina, matrimonio et rebus similibus. Ejus usus multiplex erat: sigla ዶቅ፡ i. e. Laodicea." 11.) "Canones Concilii septimi, 140 Episcoporum, qui *Sardicae*[d] in terra Romana congregati erant (ዘተጋብኡ፡ በስርዶቅያ፡ ዘሀገረ፡ ሮም፡ ወፋልስጡን፡ በእንተ፡ አርዮሳውያን፡), propter Arianos, qui contra Athanasium, Patriarcham Alexandriae XIX., et contra Patriarchas Antiochiae et Constantinopolis insurrexerant, eosque deposuerant. Sardicenses autem illos in eorum sedes restituerunt, et 21 Canones de gradibus Episcoporum statuerunt. Sigla est ስዶቅ፡ i. e. Sardica." 12.) "Canones *Hippolyti* (አቡሊዶስ፡)[e], Patriarchae Romani, numero 38. Eos vertendos curaverunt Copti: et multiplex inde usus redundabat. Ex illis nonnulla excerpsit Abba Gabriel[f], Patriarcha Alexandrinus, in Canonibus, quos collegit. Sigla est ቢጶስ፡ i. e. Hippolytus." 13.) Canones S. *Basilii*[g], Archiepiscopi Caesareae, de sacerdotio, et disciplina, et matrimonio, et rebus similibus. Ii valent apud Coptos et Melchitas. Sunt numero 107: eorum usus multiplex erat. Sigla ባስ፡ i. e. Basilius. De ejus (Basilii) certaminibus quaedam afferuntur in capite de Monachis[h]." 14. Canones, qui noti sunt sub nomine *Canonum Regum*[i] (Statutorum Imperialium), in quibus statuta de rebus saecularibus continentur. Referuntur esse quatuor libri, qui in Concilio Nicaeno e magno dictorum numero in usum Regum compilati sunt. Ex illis in aula (በዓውደ፡) Constantini Imperatoris scripti sunt ii, qui *Tituli* (ተጥሉሳት፡) nominantur, e 40 capitibus compositi. Melchitae eos collegerunt, et hic liber egregius est. Signum ጢስ፡ i.e. Tituli. Liber *secundus*, in utraque Ecclesia, et Coptica et Melchitica, 130 capita habet; idemque etiam apud Nestorianos extat. Ex eo quaedam exscripsit Abba Gabriel, Patriarcha Alexandriae, a fine libri sui. Sigla est መክ፡ i. e. Regum secundus. *Tertius*, quem vertendum curaverunt Melchitae, 27 capita habet: sigla est መጅ፡ i. e. Regum tertius. Hi duo libri paulum consentiunt, nec multa ex iis exscripsimus. *Quartus* autem 35 capita habet, quorum primum in serie LXXXVI, ultimum CXXI est (ወቀዳማዊ፡ እምኔሁ፡ ተጽሕፈ፡ ከመ፡ ውእቱ፡ ፹፮ ወካልኡ፡ ፻፳ወ፩፡). Major ejus pars e Jure Legis (excerpta) est; quaedam ex illo cum Lege Nova non concordant. Nos pauca tantum ex eo exscripsimus. Sigla መግ፡ i. e. Regum quartus." Praeter Canones modo recognitos, extare alios quoque, scilicet Dionysii, Gregorii, Joannis Chrysostomi, Christoduli Patriarchae Alexandrini, et Timothei. Inter hos Canones omnes si quae contradictiones occurrerint, causam e pluribus, ex usu, e ratione disceptandam esse (ወኵሉ፡ ዘተግረ፡ (sic) እምቀኖናት፡ እንዘ፡ ይፈልጥ፡ ለካልኡ፡ ይመውእዎ፡ እለ፡ ይበዝኍ፡ ወእለ፡ ዘልማዶ፡ ዘይጸሉ፡ ለጊዜ፡ ዘይሰነአው፡ ወየኀብር፡ ምስለ፡ ልብ፡).

Liber ipse in duas Partes (ክፍል፡) divisus est.

A. *De Rebus Ecclesiasticis.*

Haec Pars amplectitur 22 capita (አንቀጽ፡).

1. De Ecclesia et iis, quae ad eam pertinent (በእንተ፡ ቤተ፡ ክርስቲያን፡ ወበእንተ፡ ኵሉ፡ ዘይደሉ፡ ላቲ፡). fol. 5.

2. De Numero Bibliorum receptorum (በእንተ፡ ኍልቍ፡ መጻሕፍት፡ ውኩፋት፡). fol. 6.

3. De Baptismo, et de iis, qui Fidem amplectuntur (በእንተ፡ ጥምቀት፡ ክርስትና፡ ወእለ፡ ይበውኡ፡ ውስተ፡ ሃይማኖት፡). fol. 6.

---

[b] Cfr. Mus. Brit. Cod. cit. No. 23.
[c] Ibid. No. 30.
[d] Ibid. No. 31.
[e] Ibid. No. 32.
[f] De Abbate Gabriele, Patriarcha Alexandriae Jacobita LXX, cfr. Renaudot. Hist. Patr. p. 511. Ab eo extant Canones XXXII. et X. in Cod. Arab. Christ. Bibl. Bodl. LXII. No. 17. 18. (cfr. Uri, Catalog. p. 40.), et in Cod. Arab. III. No. 19. 20, qui recensetur ab Assem. in Bibl. Orient. I. p. 619.
[g] Cfr. Mus. Brit. Cod. cit. No. 33. 34.
[h] Vid. infra P. I. Cap. 10.
[i] Cfr. Mus. Brit. Cod. cit. No. 35.

4. De Patriarchis (በ″: ሊቃነ: ጳጳሳት:). fol. 8.

5. De Episcopis (በ″: ኤጲስ: ቆጶሳት:). fol. 11.

6. De Presbyteris (በ″: ቀሳውስት:). fol. 23.

7. De Diaconis (በ″: ዲያቆናት:). fol. 26.

8. De reliquis Ecclesiae Ministris (በ″: እለ: ተርፉ: ላእካነ: ቤተ: ክርስቲያን:). fol. 28.

9. De omnibus Sacerdotibus (በ″: ኵሎሙ: ካህናት:). fol. 29.

10. De Monachis et Monialibus (በ″: መነኮሳት: ወመነኮሳይያት:). fol. 35.

11. De Institutione et Regimine Laicorum (በ″: ተገሣጽ: ወትእዛዝ: ሕዝብ:). fol. 42.

12. De Liturgia (በ″: ቅዳሴ:). fol. 46.

13. De Eucharistia (በ″: ቍርባን:). fol. 48.

14. De Precibus (በ″: ጸሎት:). fol. 49.

15. De Jejunio (በ″: ጾም:). fol. 52.

16. De Eleemosyna (በ″: ምጽዋት:). fol. 54.

17. De Eleemosynario (በ″: ዘይሠየም: ለከፊለ: ምጽዋት:). fol. 58.

18. De Decimis, Primitiis, Votis et Legatis (በ″: ዓሥራት: ወበኵራት: ወብፅዐታት: ወጕላታት[j]:). fol. 60.

19. De Feriis Dominicis et Diebus Festis (በ″: ሰትዳት: ወበዓላት:). fol. 63.

20. De Martyribus, Confessoribus et Apostatis (በ″: ሰማዕታት: ወተአማንያን: ወክሀድያን:). fol. 65.

21. De Infirmis (በ″: ድውያን:). fol. 67.

22. De Defunctis (በ″: ምውታን:). fol. 67.

B.) *De Rebus saecularibus.*

Haec Pars amplectitur 29 capita.

23. De Victualibus, Vestimentis, Aedificiis et Opificiis (በ″: መባልዕት: ወአልባስ: ወአብያት: ወተገባሬት:). fol. 68.

24. De Sponsalibus, Dote et Matrimonio (በ″: ሕፄ: ወውሂብ: ንዋይ: ዘዐቅሞ: ሱብሱብ: ወአውስቦ:). fol. 71.

25. De Interdicto Concubinarum (በ″: ሳርመት: ዕቁባት:). fol. 85.

26. De Donatione (በ″: ሀብት:). fol. 85.

27. De Mutuo, Fidejussione, Pignore et Feudo (በ″: ልቃሀ: ወተሀብዮ: ወአኀዝ: ወአመገበ:). fol. 87.

28. De Commodo, ex. gr. vestium, animalium, rerumque similium (በ″: ሕስት: ከመ: ልብስ: ወእንስሳ: ወካልአኒሆሙ:). fol. 90.

29. De Custodia Depositi (በ″: ምዕቅብና: ንዋይ: ወዘይመስሎ:). fol. 90.

30. De Procuratione (በ″: ምግብና:). fol. 92.

31. De Servitute, Libertate, et Manumissione servi (በ″: ግብርናት: ወግዕዛን: ወአግዕዞ: ግብር:). fol. 63.

32. De Curatore et Tutela Minorennium (በ″: ሐፃኒ: ዘከመ: ሕቅፈተ: ሕፃን: በኵሉ: ግብሩ::). fol. 94.

33. De Venditione, Emtione, et caeteris (በ″: ሤጥ: ወተሣይጦ: ወመትሎሆሙ:). fol. 96.

34. De Communione bonorum, et rebus similibus (በ″: ተሳትፎ: ንዋይ: ወዘይመስሎ: ለዝንቱ: ግብር:). fol. 100.

35. De Violentia et Ira (በ″: አገብሮ: ወመዐት:). fol. 101.

36. De Locatione domicilii, et Canone praedii (በ″: ተዓስቦ: ቤት: ወውሂብ: ንዋይ: ለምድር:). fol. 103.

37. De Aedificiis, et caeteris (በ″: ሐኒጽ: ሕንጸ: ወዘይተልዎ:). fol. 105.

38. De Mutuo (በ″: ልቃሀ:). fol. 109.

39. De Confessione peccatorum (በ″: ተአምኖ: ኃጢአት:). fol. 110.

40. De Rebus amissis, ut animalibus, etc. (በ″: ረኪብ: ዘተገድፈ: እምእንስሳ: ወዘይመስሎ:). fol. 111.

41. De Testamentis (በ″: ጽሒፈ: ትእዛዝ: ዘንዋይ:). fol. 113.

42. De Haereditate (በ″: ርስት:). fol. 119.

43. De Judice et Assistentibus ejus (በ″: ፈታሒ: ወዘምስሌሁ:). fol. 127.

77—83.) De Regum Persarum, Moabitarum, Amalecitarum, Philistaeorum, Ismaelitarum origine Semitica.

84.) De reditu Davidis Regis in Aethiopiam (በ"፡ ንጉሠ፡ ኢትዮጵያ፡ ዘከመ፡ ገብአ፡ ሀገሩ፡).

85.) De exultatione Macdae Reginae (ኀበ፡ ተፈሥሐት፡ ማክዳ፡ ንግሥት፡).

86.) Regina regnum filio tradit (ኀበ፡ አንገሦቶ፡ ማክዳ፡ ለወልዳ፡).

87.) Principes Aethiopiae Regi fidem jurant (ኀበ፡ መሐሉ፡ መኳንንተ፡ ኢትዮጵያ፡).

88.) Rex matri res itineris sui memorabiliores refert (ኀበ፡ ዜነዋ፡ ለእሙ፡ ዘከመ፡ አንገሠዎ፡).

89.) Colloquium Reginae cum Israelitis (ኀበ፡ ነገረቶሙ፡ ንግሥት፡ ለደቂቀ፡ እስራኤል፡).

90.) Azarias, summus sacerdotum, Aethiopiam, novam suam patriam, laudibus extollit, et homines Legem docet (ኀበ፡ ወደሳ፡ አዛርያስ፡ ለንግሥት፡ ወለሀገራ፡).

91.) De cibis mundis et immundis (ዘንተ፡ ዘይበልዑ፡ ንጹሕ፡ ወርኩስ፡).

92.) De renovatione Legis regiae (በ"፡ ኀደሱ፡ መንግሥቶ፡ ለዳዊት፡).

93.) De corruptione Fidei in imperio Romano (በ"፡ ዘአማሰኑ፡ ሃይማኖተ፡ ሮም፡).

94.) De primo bello Regis Aethiopiae (ቀዳሚ፡ ፀብአ፡ ንጉሠ፡ ኢትዮጵያ፡).

95.) De dignitate Regis Aethiopiae[s] (ኀበ፡ ኀብረ፡ ክብሩ፡ ለንጉሠ፡ ኢትዮጵያ፡).

96—112.) Prophetiae et allegoriae Testamenti Veteris de Christo variae perlustrantur.

113. De curru coelesti et Zione, et de Cruce S.,

---

p Salomonis nomen, polygamia, et alia, nec non Canticum Canticorum allegorice explicantur.

q Salomoni, de salvatione sua sollicito, Angelus in visione apparet, et annuntiat, ab initio creationis margaritam pretiosam in corpore Adae a Deo depositam, et per seriem Patriarcharum et Patrum tamquam semen corporeum usque in Salomonem transmissam esse, et in posteros ejus transmissam iri. Tempore autem impleto, ait, ex hac margarita hominem enaturum esse, et Mariam nominatum iri, in qua Deus incorporetur; omnes autem eos Patres, per quorum corpora haec margarita permeaverit, ea ipsa salvationis participes fore.

r Salomonis filius minor, nomine Adrami (አድራሚ፡), a Belthasaro, Rege Romae, successor creatur, ejusque filiam in matrimonium ducit.

s Judaeorum enim regnum post Christi crucifixionem periit; Aethiopiae autem imperium ideo Deo magis acceptum esse dicitur quam Romanum, quia idololatria in illo jam ante Christi aetatem abrogata est.

victrice hostium[t] (በ″፡ ሠረገላ፡ ወመግረሬ፡ ፀር፡).

114.) De reditu Zionis in urbem Hierosolymorum, tempore adventus Christi futuri (በ″፡ ግብአተ፡ ለጽዮን፡).

115.) De judicio Israelitarum ultimo (በ″፡ ቅስተ፡ እስራኤል፡).

116.) De Curru Aethiopiae (በ″፡ ሰረገላ፡ ኢትዮጵያ፡).

117.) De Rege Romae et Aethiopiae[u] (በ″፡ ንጉሠ፡ ሮሜ፡ ወኢትዮጵያ፡).

Haec est brevis singularis hujus libri epitome. Inde a capite 2 usque 18, et 95 usque 117, Gregorius Thaumaturgus loquitur, et visiones, quas habuisse dicitur, quum propter suum de Christo testimonium ab infidelibus in foveam conjectus erat, 318 Episcopis explicat. Capita autem caetera argumentum libri cujusdam esse dicuntur, quem Damatheus, Patriarcha Romae, in Ecclesia Sophiae invenerat. De vero compositionis tempore nihil liquet.

2. *Appendix de rebus Axumiticis.* fol. 89—96.

1.) Descriptio Ecclesiae Axumiticae, in qua Zion arca asservabatur. fol. 89.

Tit.: ከመዝ፡ ትበሬ፡ ሥርዓተ፡ ለእምነ፡ ጽዮን፡ ገበዝ፡ አክሱም፡ "Talis est ordo institutionis matris nostrae Zionis, Sanctuarii[x] Axumae.

2.) Descriptio caeremoniarum, quae in coronatione Regis observantur. fol. 89, 90.

Tit.: ዝውእቱ፡ መጽሐፍ፡ ዘወሀበ፡ ሰሎሞን፡ ንጉሥ፡ ለእብነ፡ ሐኪም፡ "Hic est liber, quem Salomo Rex Ibn-Hakimo[y] dedit."

3.) Descriptio munerum aulicorum. fol. 90.

Tit.: ሥርዓተ፡ ቤተ፡ መንግሥት፡ "Ordo domus regiae."

4.) Genealogia et chronologia Regum Axumitarum. fol. 90—92.

Tit.: ዓመታተ፡ ነገሥታተ፡ አክሱም፡ "Anni Regum Axumitarum."

Continet a.) Catalogum Regum ab Arwê (Serpente) usque in Bazen, a Bazen usque in Abreham et Atzbeham, ab iis usque in Gabra-Maskal; b.) Computum annorum Regum Aethiopiae usque in Abrehae et Atzbehae tempora; c.) Regum a Bazen usque in Abreham et Atzbeham seriem aliam; d.) Regum ab Atzbeha usque in Esâthô[z] Reginam seriem aliam; e.) Catalogum Regum ab Esâthô usque in Reges e domu Zâguê[a]; f.) Catalogum Regum e domu Zâguê; g.) Catalogum Regum ab Jecûnô-Amlâk usque in Jacobum, successorem Sartza-Denghel, Regis; h.) Catalogum Regum a Jacobo usque in Tecla-Haimânôt, successorem Joannis; i.) Regum ab Ibn-Hakim usque in Bazen seriem aliam, ab iis, quae supra occurrunt, diversam; k.) Catalogum Regum a Zar'a-Jacob, a quo regnum Axumae restauratum est, usque in Sartza-Denghel; l.) Caput brevius de restauratione regni Axumitici, a Sartza Denghel facta.

5.) Septem documenta de donationibus terrarum[b], a Regibus et Reginis Aethiopiae ad Sanctuarium Axumae factis. fol. 92, 93.

Factae sunt hae donationes a.) ab Abreha et Atzbeha; b.) ab Anbasâ-Wedem; c.) a Walata-Mariam; d.) a Saifa-Ar'âd; e.) a Zar'a-Jacob tres, unâ cum confirmatione donationum priorum.

6.) Descriptio servitutum, quae Templo Axumitico a variis provinciis et regionibus praestandae erant. fol. 93.

Tit.: ከመዝአ፡ ጥንተ፡ ግብሮሙ፡ ለኵሉ

[t] Currus et Zion in Aethiopia asservabuntur usque in Christi reditum; Crux autem, ab Helena inventa, propter Fidei Romanae corruptionem tempore Marciani Imperatoris ex imperio Romae auferetur, et in mari submersa jacebit usque in futurum Christi adventum.

[u] Hic etiam expeditio Calebi Regis contra Pineham, Regem Judaeum Arabiae, facta refertur, Gabra-Maskal Rex laudatur, et Reges Aethiopiae praedicantur.

[x] ገበዝ፡ vocis significatio vera e Lexicis non innotuit. Sed in hoc appendice illa saepius occurrit; et quantum e nexu orationis videre licet, "delubrum, templum, sanctuarium" significare videtur.

[y] Hoc nomen, sicut alterum illud, quod supra legimus, sc. Bain-al-Hekim, Arabice ابن الحكيم, significat "Filium Sapientis."

[z] እኪት፡ ብእሲት፡ ወዐማፂት፡ ተውልዶ፡ ዕሉት፡ ዘስማ፡ እሳቶ፡ በአምሐራ፡ ጕዲት፡ በትግሬ፡ "Femina mala et impia, progenies infidelis, quae in Amhara Esâthô, in Tigre Guedîth vocatur."

[a] ዛጔ.

[b] Formula donationis haec est: ንሕነ፡ ጕለትነ፡ ጕለተ፡ ለገበዝ፡ አክሱም፡ "Legavimus legatum Templo Axumae." De ጕለተ፡ et ጕልተ፡ vid. supra pag. 28.

ሙ፡ አሀጉር፡ እለ፡ ይሰርሑ፡ ገበዘ፡ አክሱም፡ "Tale est initium onerum omnium earum terrarum, quae Templo Axumitico serviunt."

7.) Chronologia rerum memorabiliorum ex historia Abyssinica, inde ab Abbate Salâma usque in Sartza-Denghel Regem [c]. fol. 93, 94.

8.) Traditiones de fundatione Templi Axumitici, et descriptio monumentorum antiquorum, et ecclesiarum, quae in urbe vel circa urbem extabant. fol. 94, 95.

Tit.: ከመዝአ፡ ጥንተ፡ ሡራሬሃ፡ ለእምነ፡ ጽዮን፡ ገበዘ፡ አክሱም፡ "Tale est initium fundationis matris nostrae Zionis, Sanctuarii Axumae."

9.) Traditiones de conventu trium Patrum[d], Cyriaci Episcopi Behensae, Labhavii [e] Syri, et Jaredi Sacerdotis Axumae, in loco quodam Aethiopiae, qui nominatur Mâi-Chîrâh [f]. fol. 95.

10.) Memorabilia Axumae varia. fol. 95.

Describuntur hic monumentum quoddam lapideum, nomine Berôtha-Ebn [g]; domus Calebi et Gabra-Maskal Regum; sepulchrum Aethiopii [h], patris Aethiopum; umbra Crucis Abbatis Salâmae [i], quae in caverna quadam extabat.

11.) Documenta de donationibus tribus, a Regibus factis. fol. 96.

Tituli sunt: ሥርዓተ፡ ዛኚ፡ "Statutum regium."

Prima et secunda, cum nihil nisi nomina contineant, difficiliores intellectu sunt; tertia est donatio, ad instituenda septem Monasteria a Zar'a-Jacob facta.

3. *Catalogi varii.* fol. 96—99.

1.) Expositio literarum initialium, quibus nomina Imperatorum Romanorum in Libro Clementis insigniuntur. fol. 96.

Tit.: እመጽሐፈ፡ ቀሌምንጦስ፡ "E Libro Clementis [k]."

2.) Catalogus et Chronologia Principum Muhammedanorum (Ommajadarum, Abbassidarum, Fatimidarum, Ijubitarum) usque in Saifeddin, anno mundi 6752 [l]. fol. 96, 97.

3.) Catalogus et Chronologia Patriarcharum Alexandriae Jacobitarum [m]. fol. 97—99.

Tit.: ዝውእቱ፡ ዜና፡ ስሞሙ፡ ለአበዊነ፡ ሊቃነ፡ ጳጳሳት፡ ዘለእስክንድርያ፡ "Hic est Catalogus nominum Patrum nostrorum, Patriarcharum Alexandriae."

4. *Fragmenta Historiae Aethiopicae.* fol. 100—105.

1.) Genealogia Regum Aethiopiae inde ab Adamo, et Catalogus eorum inde ab Ibn-Hakim usque in Lebna-Denghel. fol. 100.

Tit.: ዜና፡ ልደቶሙ፡ ለአበው፡ "Genealogia Patrum."

Huic Catalogo variae notae de rebus Abyssiniae passim insertae sunt.

2.) Historia belli, in quo Aethiopia a Geranio, Rege Adelis, devastata est. fol. 101—105.

Tit.: ወዓዲ፡ ንጽሕፍ፡ ለክሙ፡ ዳግማዌ፡ ታሪክ፡ በረድኤተ፡ እግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ መጽሐፈ፡ ስደቶሙ፡ ወዜና፡ ሞቶሙ፡ ለሕዝበ፡ ኢትዮጵያ፡ ወድምሳሴ፡ ኵሎሙ፡ አብያተ፡ ክርስቲያናት፡ ዘኮነ፡ በበዘመኖሙ፡ "Praeterea transscribemus vobis, cum auxilio Domini nostri Jesu Christi, Chronicon aliud, scilicet Historiam persecutionis et caedis Aethiopum, et excidii omnium ecclesiarum, sicut acciderunt suis quaeque temporibus."

Deducitur haec historia usque in Geranii mortem.

---

[c] In hac chronologia aerae Martyrum, abjectis periodis Dionysianis, usus fit.

[d] Convenerunt jussu Mariae Virginis. Labhavi Preces illas ad Mariam, quae sub nomine Laudis Mariae (ውዳሴ፡ ማርያም፡ cfr. supra p. 12.) notae sunt, Cyriacus Liturgiam, quae Mariae nomini dedicata est (ቅዳሴ፡ ማርያም፡ cfr. supra p. 33.), Jaredo Sacerdoti tradiderunt, ut illarum modum musicum faceret. De Jaredo, Musico, consulere licet Catalogum Codicum Aethiop. Mus. Britan. p. 32, 33.

[e] ሉብሐዊ፡ እምሶርያ፡

[f] ማይ፡ ኪራሕ፡

[g] ብሮተ፡ እብን፡

[h] ኢትዮጲስ፡

[i] ጽላሎተ፡ ሠዕለ፡ መስቀሉ፡ ለአባ፡ ሰላማ፡ "Umbra imaginis Crucis Abbatis Salâmae."

[k] Intelligitur Liber Clementis idem, qui in Abushakeri Opere Chronographico saepissime allegatur (vid. Catalog. Cod. Aethiopicorum Mus. Britan. p. 44.).

[l] Hic Catalogus cum non ultra aetatem Abushakeri Chronographi continuatus sit, probabile fit, eum ex illius opere excerptum esse (vid. Abushakeri Opus Chronographicum Cap. XLIX; in Catal. Cod. Aethiop. Mus. Brit. p. 43.).

[m] Cum Abushakeri Catalogo, qui in Codice Aeth. Mus. Brit. laudato extat, fere prorsus consentit hic Catalogus. In eo recensentur 98 Patriarchae usque in Abbatem Gabrielem. Hic Gabriel ita memoratur: አባ፡ ገብርኤል፡ ዘሀሎ፡ ይእዜ፡ "Abba Gabriel, qui nunc sedet."

XXVII.

Codex membranaceus, formae 4ae, 138 folia continens, quorum paginae in binas columnas divisae sunt, characteribus magnis, distincte, sed non accurate, cura J. Brucii in Abyssinia exscriptus.

Kebra-Nagast.

Continetur in hoc volumine liber idem, qui in Cod. XXVI. fol. 1—88 extat. Textus illo minus correctus est; capitum numeri nusquam adscripti; nec quae rubro notatae sunt inscriptiones, cum capitibus alterius Codicis omnes coincidunt. Ad calcem libri haec verba, quae in Codice altero non occurrunt, addita sunt:

ወተብህለ፡ በክታበ፡ ዓረቢ፡ አውጻእናሃ፡ እምልሳነ፡ ቅብጢ፡ ለዓረብ፡ እመቃብረ፡ ማርቆስ፡ ወንጌላዊ፡ መምህረ፡ አበ፡ ኵልነ፡ አውጻእናሃ፡ በ፬፻ወ፱ ዓመተ፡ ምሕረት፡ ውስተ፡ ሀገረ፡ ኢትዮጵያ፡ በመዋዕለ፡ ገብረ፡ መስቀል፡ ንጉሠ፡ ወበመዋዕለ፡ አባ፡ ጊዮርጊስ፡ ኄር፡ ጳጳስ፡፡ ወአስተታ፡ እግዚአብሔር፡ አውጽኦታ፡ ወተርጕሞታ፡ በልሳነ፡ ሐበሽ፡ ወሶበ፡ ሐለይኩ፡ ዘንተ፡ ወአቤ፡ ለምንት፡ ኢተርጐምዋ፡ አበልዕዝ፡ ወአበል፡ ፈረግ፡ እለ፡ አውጽእዋ፡፡ ይቤሉ፡ እስመ፡ ወጽአት፡ በመዋዕለ፡ ዛጔ፡ ወኢተርጐምዋ፡ እስመ፡ ትብል፡ እለሰ፡ ኢኮኑ፡ እስራኤሌ፡ ወይነግሡ፡ ተዓዶወ፡ ሕግ፡ ውእቱ፡፡ ወሶበሰ፡ ይከውን፡ በመንግሠተ፡ እስራኤል፡ እምአውጽእዋ፡ ወተረክበት፡ በናዝሬት፡፡ ወጸልዩ፡ ላዕሌየ፡ ለገብርክሙ፡ ይስሐቅ፡ ወኢትኄሱኒ፡ በእንተ፡ ኢያርትዖ፡ ልሳን፡ እስመ፡ ብዙኀ፡ ፀመውኩ፡ በእንተ፡ ክብራ፡ ለሀገረ፡ ኢትዮጵያ፡ በእንተ፡ ፀአታ፡ ለጽዮን፡ ሰማያዊት፡ ወክብረ፡ ንጉሠ፡ ኢትዮጵያ፡፡ እስመ፡ አነሂ፡ ተሰአልክዎ፡ ለመኰንን፡ ርቱዕ፡ ፍቁረ፡ እግዚአብሔር፡ ያዕቢክ፡ እግዚእ፡፡ ወይቤለኒ፡ ግበር፡ ወገበርኩ፡ እግዚአብሔር፡ ይዕቀበነ፡ ለአንባብያን፡ ወተርጓምያን፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡፡ "In exemplari Arabico asseritur, librum e lingua Coptica in Arabicam versum, et e sepulchro Marci Evangelistae, Doctoris, Patris omnium nostri, in Aethiopiam advectum esse anno gratiae 409, tempore Gabra-Maskal Regis, et Abbatis Georgii, Metropolitae boni. Sed Deus (tum temporis) prohibuit, quo minus in linguam Abyssinicam verteretur, in eaque evulgaretur. Qua de re meditatus cum quaesivissem, cur Abulezzius et Abulpharagius, qui illum evulgaverant, eundem non vertissent, responderunt: quia evulgata est tempore Zâguê[n], non verterunt illum, memores dicti illius: Si qui regnant, qui Israelitae non sunt, hoc contra legem est; sed si sub regno Israelis evulgatum esset, vertissent illum. Inventus autem est in Nazareth. Sed orate pro me, Isaaco, servo vestro, nec vitio mihi vertite dictionem libri imperfectam: multum enim operae impendi propter gloriam Aethiopiae, propter exitum Zionis coelestis, et gloriam Regis Aethiopiae. Nam equidem interrogavi Judicem justum, dilectum Deo, Jâ'bîca-Egzî'e. Et respondit mihi: Fac! Et feci. Deus tueatur nos, lectores et interpretes, in saecula saeculorum! Amen."

XXVIII.

Codex membranaceus, formae 4ae, 48 folia continens, quorum paginae in ternas columnas divisae sunt, cura J. Brucii, in Abyssinia, a variis manibus exscriptus.

Compendium Historiae Aethiopicae.

1. *Descriptio institutorum variorum, quae ad Aulam et Regnum Aethiopiae pertinent.* fol. 1—6.

Scripta est Aethiopice, intermixtis permultis vocabulis Amharicis.

1.) Descriptio munerum aulae et regni. fol. 1, 2.

Tit.: ንጽሕፍ፡ ሕገ፡ ወሠርዓተ፡ መንግሠት፡ ዘወጽአ፡ እምኢየሩሳሌም፡ ምስለ፡ እብነ፡ ሐኪም፡ ወልደ፡ ሰሎሞን፡ ዘውእቱ፡ ምንይልክ፡ "Scribemus leges et statuta Regni, quae cum Ibn-Hakim, i. e. Menilek, filio Salomonis, Hierosolymis emissa sunt."

Tituli et functiones summorum regni et aulae praefectorum et ministrorum describuntur, et provinciae singulis addictae recensentur.

---

[n] De regibus Zâguê domus vid. supra p. 72. Caeterum subscriptio tota ab otioso quodam librario inventa esse videtur. Omnia quidem, quae in ea de translatione libri e Coptico et Arabico sermone afferuntur, plane fictitia esse, ultro liquet. Item dictio hujus subscriptionis pessima est, et ab oratione eleganti libri ipsius quam maxime differt.

2.) Descriptio caeremoniarum aulicarum variarum. fol. 2—4.

Singulis singularum caeremoniarum descriptionibus titulus ወግ፡ "Lex," seu ወግ፡ ወሥርዓት፡ መንግሥት፡ "Lex et statutum regni," praefixus est.

Describuntur caeremoniae, quae observantur in coronatione Regis vel Reginae[o], in judiciis, funeribus, nuptiis filiorum et filiarum, ad domum regiam pertinentium[p]; in creatione primi ministri Regis[q], et Praefectorum provinciarum[r]; in celebratione Vigiliae festi S. Crucis[s], et festi Florum[t]; in consecratione Antistitis Monachorum[u], et in sessionibus Judicum.

3.) Statuta varia de regni administratione, jurisdictione, et castris regiis. fol. 4—6.

a.) De summo Regis ministro[x], et summo aulae magistro[y], statuta duo.

b.) De Râk-Mâsarâ[z].

c.) De inauguratione Baschae[a].

d.) De inauguratione Akâbê-Sa'âth[b].

e.) De ordine castrorum.

Tit.: ወግ፡ ሶመ፡ ይሠፍሩ፡ ንጉሥ፡ በጕዞ፡
"Lex: quum Rex in itinere castra ponit."

f.) De introductione hominum ad Regem.

Tit.: ወግ፡ ሥርዓት፡ ቤቱ፡ ለንጉሥ፡
"Lex: ordo domus regiae."

g.) De itinere Regis.

Tit.: ወግ፡ ወጉዞ፡ ሶመ፡ የሐውር፡ ንጉሥ፡
"Lex: et quum Rex iter facit, etc."

h.) De tributis[c] provinciarum, statuta duo.

i.) De divisione jurisdictionis inter tribunalia ecclesiastica et civilia.

Tit.: ታሪክ፡ ዝውእቱ፡ ነገረ፡ ወግ፡ ሶመ፡ ተቀሐው፡ (sic) በዓለ፡ ሕግ፡ ዘሐፄ፡ ምስለ፡ አቡን፡ ወይጨጌ፡ በምክንያተ፡ ዳኝነት፡ ዘቤተ፡ ክርስቲያን፡ እንዘ፡ ይትበሐሉ፡ ዚአነ፡ ወዚአነ፡
"Chronicon, i. e. expositio legis: quum summus Imperatoris Judex cum Patriarcha et Antistite Monachorum dissentit de causis juris ecclesiastici, utrovis contendente: 'mihi competit (causa).'"

k.) De ordine suffragiorum, in consiliis Regis a consiliariis ejus ferendorum.

Tota consiliariorum series, ab infimo usque in summum regni ministrum hic exhibetur[d].

2. *Compendium Historiae regni Abyssinici.* fol. 7—46.

1.) Genealogia Regum Aethiopiae[e], ab Adamo usque in Jecûnô-Amlâk. fol. 7, 8.

Tit.: በስመ፡ አብ፡ - - - - ንጽሕፍ፡ ዜና፡ ልደቶሙ፡ ለነገሥት፡ እምአዳም፡ እስከ፡ ይእዜ፡
"In nomine Patris, etc. Scribemus Genealogiam Regum, ab Adamo usque in nostram aetatem."

2.) Historia Amda-Zion Regis. fol. 8.

Tit.: ታሪክ፡ ዘሐፄ፡ ዓምደ፡ ጽዮን፡ "Chronicon Amda-Zion, augustissimi."

3.) Catalogus Regum a Saifa-Ar'âd usque in Naôd. fol. 9, 10.

De omnibus his Regibus praeter nomina et annos regni pauca tantum referuntur[f].

4.) Historia devastationis Aethiopiae per Gallanorum nationem, sub Lebna-Denghel et Claudio, Regibus[g]. fol. 10—14.

5.) Historia Minae Regis brevior. fol. 14.

6.) Historia Sartza-Denghel Regis. fol. 14—16.

7.) Historia Jacobi et Za-Denghel, Regum. fol. 16, 17.

---

[o] ሲቱጌ፡ [p] ቈዛዝር፡ [q] ሶመ፡ ይሠየም፡ ብሕትወደድ፡ [r] ዳጅ፡ አዝማች፡

[s] XVI^mo Mascarram mensis die. ወግ፡ ወሶመ፡ ይገብሩ፡ ደመራ፡ በድራረ፡ በዓሉ፡ ለመስቀል፡ ክቡር፡ ሶመ፡ ፲ወ፮ ለመስከረም፡

[t] XXV^mo Mascarram mensis die. ወግ፡ ወሶመ፡ ፳ወ፭ ለመስከረም፡ በዓለ፡ ጽጌያት፡

[u] እጨጌ፡

[x] ብሕትወደድ፡ vid. J. Ludolfi Hist. Aeth. Lib. II. Cap. 12. No. 26.

[y] ብላቴን፡ ጌታ፡ vid. ibid. No. 35.

[z] እራቅ፡ ማሰራ፡ et ራቅ፡ ማሰራ፡ Quid ejus officium sit, ex nostro loco non satis liquet.

[a] በሻ፡ et ባሻ፡ e Turcico: Bascha vel Pascha.

[b] ዓቃቤ፡ ሰዓት፡ Sic etiam supra, fol. i. et alias scribitur. J. Ludolfus autem ዐቃቤ፡ አሳት፡ scripsit l. c. No. 40. Intelligitur Praefectus Praetorianorum.

[c] ወግ፡ ዘመማለጃ፡ ዘቀኝ፡ et ዘግራ፡

[d] Vid. J. Bruce's Travels. Ed. II. 8vo. vol. IV. p. 449—451.

[e] Est eadem, quam supra in Libro Axumae (Cod. XXVI.) fol. 100, sq. legimus.

[f] Sub finem haec relatio cum illa, quæ in Libro Axumae l. c. extat, coincidit.

[g] Est eadem relatio, quae in Libro Axumae fol. 101—105 extat, sed ultra mortem Geranii usque in initium regni Minae Regis deducitur.

8.) Chronicon Socinii Regis. fol. 17, 18.

9.) Historia Basilidis Regis, cognomento imperii Alam-Sagad. fol. 19, 20.

10.) Historia Joannis Regis, cognomento imperii A'lâf-Sagad. fol. 20, 21.

11.) Historia Jasu Regis, cognomento imperii Adjâm-Sagad. fol. 21—31.

Tit.: ታሪክ: ዘንጉሠ: ነገሥት: ኢያሱ: ዘስሙ: መንግሥቱ: አድያም: ሰገድ: "Chronicon Regis Regum, Jâsu, nomine regni Adjâm-Sagad."

Longius est hoc chronicon: et inde a decimo usque ad vigesimum quartum regni ejus annum ex annalibus, proprie dictis, constat.

12.) Historia Tecla-Haimânôt Regis. fol. 31—33.

13.) Historia Theophili Regis, cognomento imperii Atzrâr-Sagad. fol. 33—35.

14.) Historia Justi usurpatoris, cognomento imperii Tzahai-Sagad. fol. 35, 36.

Titulatur: ራስ: የስጦስ: ነግሠ: በኀይል: እንዘ: ኢይደልው: መንግሥት: "Ras Justus, qui vi regnum usurpavit, contra legem."

15.) Historia David Regis, cognomento imperii Adbâr-Sagad. fol. 36—40.

Sunt annales regni ejus, proprie dicti.

16.) Historia Bacâffae Regis. fol. 40—46.

Continuata est usque ad ejus mortem.

3. *Chronologica.* fol. 47, 48.

1.) Excerpta chronologica e Georgio Ben Amid[h]. fol. 47, 48.

Tit.: በስሙ: - - - ንወጥን: በጽሒፈ: መጽሐፍ: ዘይነግር: ኍልቈ: (sic) ዓመታተ: ዓለም: ዘአስተጋብአ: አብ: ክቡር: ወትሩፍ: ጊዮርጊስ: ወልደ: አሚድ: ዘብሔረ: ግብጽ: ጸሎቱ: ተሀሉ: ምስለ: ያዕቆብ: አሜን: "In nomine Patris, etc. Incipiamus scribere librum, in quo numerus annorum mundi explicatur, collectum a Patre glorioso et illustri, Georgio Ben Amid, Aegyptio. Ejus preces sint cum Jacobo (Brucio)! Amen."

Exponitur chronologia Veteris Testamenti, rerum Romanarum, et rerum ecclesiasticarum, usque in Muhammedanos.

---

[h] Georgii Ben Amid, cognomento Elmacini, Chronicon translatum est in sermonem Aethiopicum, vid. Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes, vol. V. 1844. p. 200, 201; et E. Rüppellii Reise in Abyssinien, vol. II. p. 408.

2.) Chronologia Regum Aethiopiae, ab Jecûnô-Amlâk usque in Joannem, successorem Basilidis. fol. 48.

XXIX.

Codex membranaceus, formae 4^{ae}, 98 folia continens, quorum paginae in ternas columnas divisae sunt, inde a folio 5 litteris minutioribus, nitide et bene exaratus.

Exceptis foliis quatuor primis, quae cura J. Brucii exscripta sunt, Codex antiquior, et inter annos 1592 et 1605 exaratus[i] est.

Folium secundum, a conglutinatore perverso ordine infixum, post fol. 3 collocandum est.

Folia 38 et 39 folio vacuo uno diremta sunt.

1. *Chronologica.* fol. 1—4.

1.) Genealogia Regum Aethiopiae inde ab Adamo, usque in Jecûnô-Amlâk[j]. fol. i. 3.

Tit.: በስሙ: አብ: - - - ንጽሕፍ: ዜና: ልደቶሙ: ለአበው: እምአዳም: እስከ: ይእዜ: "In nomine Patris, etc. Scribemus Genealogiam Patrum, ab Adamo usque in nostram aetatem."

2.) Excerpta e Chronico Georgii Ben Amid[k], et Chronologia Regum Aethiopiae. fol. 3. 2. 4.

2. *Fragmentum Historiae Amda-Zion Regis.* fol. 5—15.

Tit.: በስሙ: - - - ንጽሕፍ: በረድኤተ: እግዚእነ: ኢየሱስ: ክርስቶስ: ኀይለ: ወመዊአ: ዘገብረ: እግዚአብሔር: በእደዊሁ: ለዓምደ: ጽዮን: ንጉሠ: ኢትዮጵያ:: ወስሙ: መንግሥቱ:

---

[i] In Codice ipso Sartza-Denghel Regis annus XXIX eorum, qui describuntur, ultimus est, unde ante hunc annum Codicem non exaratum esse elucet. In fol. 38 invenitur hic locus: "Talis est haereditas Ambae, quae sub regno Regis nostri Malac-Sagad (Sartza-Denghel) restituta est: Deus prolonget ejus vitam." Sed incertum est, utrum hae sint preces auctoris, an librarii. Fol. 40 et alias Socinii nomen occurrit in precibus pro Regis vita, a librario subscriptis. Sed inscriptum est a manu alia, loco nominis primarii erasi. Sequitur, librarium sub Rege quodam Socinii praedecessore Codicem exscripsisse.

[j] Est eadem Genealogia, quam supra in Cod. XXVI. fol. 100, et Cod. XXVIII. fol. 7, 8. legimus.

[k] Sunt eadem excerpta, quae supra in Cod. XXVIII. fol. 47, 48. legimus. Sed Tabula Regum Aethiopiae, quae annexa est, usque in Tecla-Haimânôt II, Regem, continuata est.

ገብረ፡ መስቀል፡፡ በሠወርቱ፡ ወሰመንቱ፡ ዓመተ፡ መንግሠቱ፡ እምዘ፡ ነግሠ፡ ወዓመተ፡ ምሕረትሂ፡ ፭፻፲ወ፮፡ "In nomine Patris, etc. Scribemus, cum auxilio Domini nostri Jesu Christi, miracula et victoriam, quae Deus perpetravit per Amda-Zion, Regem Aethiopiae, nomine imperii Gabra-Maskal, decimo octavo regni ejus anno, anno gratiae 516[1]."

Est historia belli, ab Amda-Zion Rege contra Adelenses facti[m], antiquior, ni potius sub ejus ipsius regno composita. Nec de initio, nec de fine regni ejus quidquam refertur.

In subscriptione auctor cum alia, tum haec addidit: እግዚአብሔር፡ የሀበ፡ ህየንተ፡ ዘበምድር፡ ዘበሰማያት፡ ወያኑኅ፡ መዋዕሊሁ፡ ዲበ፡ ምድር፡ ወያድኅኖ፡ እሞት፡ ዘግብት፡ ወያወርሶ፡ መንግሠተ፡ ሰማያት፡ ምስለ፡ ኄራን፡ ነገሥት፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ "Deus pro rebus terrestribus coelestia ei largiatur, dies ejus in terra prolonget, e morte repentina eum eripiat, et haereditatem regni coelorum cum Regibus bonis ei attribuat, in saecula saeculorum!"

3. *Historia Regum Aethiopiae a Zar'a-Jacob usque in Naod.* fol. 16—30.

Composita est sub Lebna-Denghel Rege, ut ex inscriptionibus et subscriptionibus ei additis videre licet.

1.) Historia Zar'a-Jacob Regis. fol. 16—23.

Tit.: በስመ፡ - - - እወጥን፡ አነሰ፡ ከመ፡ እንብብ፡ ወእክርትስ፡ ኵሉ፡ ሠርዓታቲሁ፡ ለእግዚእነ፡ ወመሲሕነ፡ ዘርአ፡ ያዕቆብ፡ ዘተሰምየ፡ ቈስጠንጢኖስ፡ ወልደ፡ ማርያም፡ ክቡር፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ይረስዮ፡ ጽድቆ፡ ወመንግሠቶ፡ ከመ፡ ይትዋረስ፡ በከመ፡ ሕሊናሁ፡ ይፈቅድ፡ ወየኀሥሥ፡ ወይሡጥ፡ ከዕበተ፡ ጸጋሁ፡ ላዕለ፡ ወልዱ፡ ልብነ፡ ድንግል፡ ሐዲስ፡ ለረኪበ፡ ፍድፈድ፡ ዕበይ፡ ወሞገስ፡፡ በከመ፡ ተሠወጠ፡ ከዕበተ፡ መንፈሱ፡ ለኤልያስ፡ ላዕለ፡ ኤልሳዕ፡ ረድኡ፡ ጊዜ፡ ዓርገ፡ ላዕለ፡ በአፍራሰ፡ መንፈስ፡፡ ወያኑኅ፡ መዋዕሊሁ፡ እስከ፡ ኀልፈተ፡ ሰማይ፡ ወየብስ፡ አሜን፡ ወአሜን፡፡ "In nomine Patris, etc. Incipiam equidem conscribere et literis mandare omnes institutiones Domini et Uncti nostri Zar'a-Jacob, cognomento Constantini. Filius Mariae gloriosus, Jesus Christus, reddat ei haereditatem justitiae et regni sui, sicut ille animo optat et desiderat, et gratiam suam dupliciter effundat super filium ejus Lebna-Denghel juniorem, quo subliniorem nanciscatur magnitudinem et dignitatem, sicut duplus Eliae spiritus effusus est super Elisaeum, discipulum ejus, quum ille equis spiritualibus sublatus sursum ascendit; et prolonget dies ejus, usque in consummationem coeli et terrae! Amen et Amen."

Similes pro Lebna-Denghel Rege preces fini subscriptae sunt.

Relatio totum ejus regnum, 35 scilicet annos, complectitur.

2.) Historia Ba-Eda-Mariam Regis. fol. 23—29.

Inscriptio nova non addita est, sed incipit: ወእምድኅረ፡ አዕረፈ፡ ንጉሠ፡ ዘርአ፡ ያዕቆብ፡ ነግሠ፡ ወልዱ፡ በእደ፡ ማርያም፡ "Postquam obdormivit Zar'a-Jacob Rex, regnavit filius ejus Ba-Eda-Mariam," etc.

Relatio totum ejus regnum complectitur. Sub finem preces pro Lebna-Denghel adjectae sunt, similes illis, quae in historia Zar'a-Jacob occurrunt.

3.) Historia Alexandri Regis, cui pauca de regno Amda-Zion, filii ejus, annexa sunt. fol. 29, 30.

Inscriptio nova non addita est; incipit: ወእምድኅሬሁ፡ ነግሠ፡ ወልዱ፡ እስክንድር፡ "Et post eum regnavit filius ejus, Alexander," etc.

Subscriptae sunt preces pro Lebna-Denghel, Rege.

4.) Historia Naod Regis. fol. 30.

Sine inscriptione nova incipit: ወእምዝ፡ ነግሠ፡ እግዚእነ፡ ናኦድ፡ ወልደ፡ በእደ፡ ማርያም፡ እኁሁ፡ ለእስክንድር፡ "Deinde regnavit Dominus noster Naod, filius Ba-Eda-Mariam, frater Alexandri," etc.

Brevissima est haec relatio, et subscriptio nulla addita est.

4. *Descriptio variorum Aulae regiae et Regni institutorum, quae tempore Amda-Zion Regis usu recepta erant*[n]. fol. 30—38.

Exceptis carminibus, omnia, quae hic traduntur,

[1] Adde Periodum Dionysianam unam, et 282 annos inter Christi nativitatem et Martyres praeterlapsos, et invenies annum Christi 1330, qui cum aliis Regum Aethiopicorum computis bene congruit.

[m] Cfr. J. Bruce's Travels. Ed. II. 8vo. Vol. III. p. 41—92.

[n] De hac nostri Codicis parte conferre licet J. Bruce's Travels. Ed. II. 8vo. Vol. III. p. 1—33. 416.

scripta sunt sermone Aethiopico, cum Amharico aliisque fortasse dialectis passim mixto, et vocabulorum, quae in lexicis nondum recognita sunt, copia magna ibi occurrit.

1.) De victu Regis et aulicorum. fol. 30, 31.

Tit.: ሥርዓተ፡ ጉብር፡ ዘቋሞቕ፡ ወዘዕለት፡ ማእዶ፡ "Institutio ......[o] et mensae quotidianae."

Nomina, numeri, pondera et mensurae ciborum potuumque, qui singulis hebdomadis feriis et quibusdam diebus festis in victum Regis et aulicorum parandi sunt, accuratissime describuntur.

2.) De ordine aulicorum in castris ponendis et in cibis sumendis. fol. 31, 32.

Variis sectionibus, e quibus haec pars componitur, inscriptiones nullae praefixae sunt.

3.) De thesauro Regis. fol. 32.

Tit.: ወግዕ፡ ዘመንግሥት፡ ቤት፡ ሥርዓተ፡ ዘሠርዐ፡ ንጉሥነ፡ ዓምደ፡ ጽዮን፡ "Lex de domu regia, ab Amda-Zion, Rege nostro, constituta."

Tentoria et repositoria, in quibus, et servi, a quibus supellex, arma et ornamenta regia asservanda sunt, accurate enumerantur.

4.) De castris regiis[p], sine titulo inscripto. fol. 32, 33.

Constitutio et dispositio castrorum, eorum portae et plateae describuntur.

5.) De instituto, ad procreandos et alendos mulos regios facto. fol. 33, 34.

Tit.: ወግዕ፡ ዘበቅሎ፡ ቤት፡ ዘሠርዐ፡ ሐፄ፡ ዓምደ፡ ጽዮን፡ "Lex de mulorum stabulis, ab Amda-Zion augustissimo constituta."

6.) Catalogus munerum aulae et regni, nec non terrarum, quae illis conveniunt[q]. fol. 34.

Tit.: ዘወፅኡ፡ እምግብጽ፡ ምስለ፡ እብነ፡ እልሀኪም፡ እብነ፡ እልሀኪም፡ ብሂል፡ ወልደ፡ ጠቢብ፡ ብሂል፡ እሉ፡ እሙንቱ፡ "Qui cum Ibn-al-Hakim (Ibn-al-Hakim Filium Sapientis significat) ex Aegypto emigraverunt, hi sunt."

7.) Catalogus nominum 150 terrarum Aethiopicarum. fol. 34, 35.

Titulus non praefixus est; post nomen decimum sextum autem legitur: ስመ፡ አህጉራት፡ "Nomina terrarum."

Terrarum, quae hic enumerantur, plures in Cod. XXVI. fol. 89—96., Cod. XXVIII. fol. 1—6., et Codice nostro fol. 30—34. passim memorantur. Videntur esse terrae eae, quae ministris et regni et aulae conveniunt, et unde nomina eorum quaedam trahuntur.

8.) Carmina *Amharica* de quibusdam regni praefectis et Regibus. fol. 36, 37.

Sunt duodecim carmina, variae longitudinis et sine stropharum divisione; versiculi singulorum carminum breviores sunt, et omnes in easdem literas desinunt (ὁμοτέλευτοι).

9.) Descriptio reditus e fundis filiorum domus regiae, qui in Amba-Geshen custodiebantur. fol. 38.

Tit.: በአኰቴተ፡ አብ፡ ወወልድ፡ ወመንፈስ፡ ቅዱስ፡ ተጽሕፈ፡ ርስተ፡ አምባ፡ ዘእስራኤል፡ በከመ፡ ኮነ፡ በበ፡ ገጹ፡ ወበበ፡ ዘመኑ፡ "Cum gratiarum actione erga Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum descripta est Haereditas Amba-Za-Israel[r], sicut erat in variis suis partibus et variis temporibus."

Legata Regum a Zar'a-Jacob usque in Minam (Wanag-Sagad) hic describuntur; sed finis deesse videtur.

5. *Historia Sartza-Denghel Regis, et praedecessorum ejus.* fol. 39—97.

Praefatione longiore auctor annuntiat, se historiam Sartza-Denghel Regis conscripturum, sed historiam Patrum ejus praedecessorum praemissurum esse, quo magis e comparatione ejus dignitas appareat (ንጽሕፍ፡ መቅድመ፡ ዜና፡ አበዊሁ፡ ነገሥት፡ ርቱዓን፡ ሃይማኖት፡ ወአስተዳኅርነ፡ ኪያሁ፡ ከመ፡ ይኩን፡ ኅበ፡ ዘየዓቢ፡ መዓርግ፡ እምዘ፡ ይቴሐት፡).

1.) Pars prima (ክፍል፡ ቀዳማዊ፡): Historia Lebna-Denghel et Claudii Regum. fol. 39—54.

a.) Historia Lebna-Denghel Regis. fol. 39—42.

Tit.: ዜናሁ፡ ለንጉሥ፡ ጻድቅ፡ ልብነ፡ ድን

---

[o] ቋም፡ vox non liquet.

[p] Differt haec descriptio ab illa, quae in Cod. XXVIII. fol. 5. extat, eaque multo longior et accuratior est.

[q] Cum similibus descriptionibus, quae in Cod. XXVI. fol. 90, et Cod. XXVIII. fol. 1, sq. extant, bene consentit hic Catalogus.

[r] Domus Regum Aethiopiae legitimorum nomine usitato Israel appellatur.

ግል፡ መፍቀሬ፡ እግዚአብሔር፡ ርቱዐ፡ ሃይማኖት፡ ላዕሌሁ፡ ሰላም፡ "Historia Lebna-Denghel, Regis justi, Deum amantis, orthodoxi, cui salus sit!"

Primo ejus historia refertur (fol. 39, 40.); deinde bellum a Lebna-Denghel et Claudio Regibus adversus Geranium, Regem Adelis, gestum narratur[s]. fol. 40—42.

b.) Historia Claudii Regis, cognomento Atznâf-Sagad. fol. 43—54.

Absolvitur 97 capitibus: e subscriptione apparet, eam sub Claudio ipso, et Mina, successore ejus, conscriptam, et ab historiographo Sartza-Denghel Regis suo operi insertam esse.

Caput nonagesimum sextum est elegia in mortem Claudii funestam, ad analogiam Threnorum ordine stropharum alphabetico composita.

2.) Pars secunda (ክፍል፡ ዳግማዊ፡): Compendium Historiae Claudii Regis. fol. 55, 56.

Tit.: ክፍል፡ ዳግማዊ፡ ዘንክሥት፡ ቦቱ፡ ዜና፡ መዊኦቱ፡ ወትሩፋተ፡ ኂሩቱ፡ በአሳፅሮ፡ አኮ፡ በአንሐ፡ አኮ፡ በአፈድፍዶ፡ አላ፡ በአውሕዶ፡ ለንጉሠነ፡ መፍቀሬ፡ እግዚአብሔር፡ ወመፍቀሬ፡ ሰብእ፡ በጸጋ፡ አሐቲ፡ ጥምቀት፡ ዘተሰምየ፡ ገላውዴዎስ፡ ላዕሌሁ፡ ሰላም፡ "Pars secunda, ubi brevi, non longe, nec copiose sed concise digeremus historiam victoriae et eximiae praestantiae Regis nostri, Deum et homines amantis, qui gratia unius baptismi Claudius nominatus est; ei salus sit!"

3.) Pars tertia (ክፍል፡ ሠልሳዊ፡): Historia Minae Regis. fol. 56—60.

Tit.: ክፍል፡ ሠልሳዊ፡ ዘቦቱ፡ ንክሥት፡ ዜና፡ ስቃያቲሁ፡ ለንጉሥ፡ ሚናስ፡ "Caput tertium, in quo calamitates Minae Regis digeremus."

In subscriptione pro Sartza-Denghel Rege preces leguntur.

4.) Pars quarta (ክፍል፡ ራብዕ፡): Historia Sartza-Denghel Regis. fol. 61—97.

Tit.: ንጽሕፍ፡ መጽሐፈ፡ ዜናሁ፡ ለንጉሠ፡ ሠርፀ፡ ድንግል፡ እግዚአብሔር፡ ያኑኅ፡ መዋዕሊሁ፡ ከመ፡ መዋዕለ፡ ዕፀ፡ ሕይወት፡ ወይዕቀቦ፡ እመከራ፡ አዝማናት፡ "Scribemus librum Historiae Sartza-Denghel Regis: Deus ejus dies prolonget, sicut dies arboris vitae, et a tentatione temporum eum tueatur!"

Scripta est haec Historia ab historiographo Regis ipso, et in 9 sectiones (አንቀጽ፡) divisa. Sectioni septimae (fol. 81) historiographus subscriptionem addidit, qua annuntiat, si Deus vitam ipsius conservaverit, se historiam Regis continuaturum esse.

Deinde haec adjicit: ይቤ፡ በዓለ፡ ዝንቱ፡ መጽሐፍ፡ ኦአኀውየ፡ ማእምራን፡ እለ፡ ታነብብዎ፡ ለዝንቱ፡ መጽሐፍ፡ ኢትትዐቀፉ፡ ቦቱ፡፡ እመኒ፡ ኢያሠነየ፡ ነባበ፡ ወኢያሠርገወ፡ ቃለ፡ አልቦቱ፡ ነውረ፡ እስመ፡ ውእቱ፡ ተናገረ፡ አምጣነ፡ ክሂሎቱ፡ በከመ፡ አነበበ፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፡ አኮ፡ ዘጸሐፈ፡ ዘንተ፡ በኀሢሠ፡ ውዳሴ፡ ብጡል፡ ወበኀሢሠ፡ ክብር፡ ምድራዊ፡፡ አላ፡ ከመ፡ ይፈጽም፡ ትእዛዙ፡ (sic) እግዚኡ፡፡ እስመ፡ ይቤ፡ መጽሐፍ፡ አግብርትኒ፡ ተአዘዙ፡ ለአጋእዝቲክሙ፡፡ እንከስ፡ ኦማእምራን፡ ኢታንክሩ፡ ስሕተተ፡ ዝንቱ፡ ተአዛዚ፡ ተዘኪረክሙ፡ ቃለ፡ መጽሐፍ፡ ዘይቤ፡ ለስሒት፡ መኑ፡ ይሌብዎ፡፡ ኀተምነ፡ ነገረ፡ በዝንቱ፡ ቃል፡፡ "Ait hujus libri auctor: o fratres mei eruditi, qui hunc librum legetis, nolite eo offendi! Si sermonem minus polivit, et orationem minus exornavit, ne vitio hoc ei vertatur, quia pro viribus in dictione elaboravit, sicut Spiritus S. ei inspiravit. Neque librum ideo scripsit, ut vanam laudem, vel gloriam mundanam adipisceretur, sed ut jussum Domini sui perficeret. Scriptura enim ait: Servi autem, obtemperate dominis vestris! Quare, o homines eruditi, errores ejus, qui obtemperavit, ne miremini, memores illius scripturae verbi: Errores quis intelligit? (Psalm xviii. 13. Gr.). Signavimus narrationem hoc verbo."

In sectionis octavae capite primo victoriae et facta Regis summatim referuntur.

Additur fol. 86: ተፈጸመ፡ ዜና፡ አይሁድ፡ በ፸፡፱፡፸፡፫፡ (sic) ዓመት፡ እምዓመተ፡ ዓለም፡ በ፲፱ወ፻፱፺ወ፻ ዓመት፡ እምዓመተ፡ እስክንድር፡ ዘ፪ አቅርንቲሁ፡ በ፲፱ወ፸፱፸ወ፫ ዓመት፡ እምትስጉተ፡ እግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ሎቱ፡ ስብሐት፡ በ፲፱ወ፪፱፺ወ፪ ዓመት፡ እምዓመተ፡ ሰማዕታት፡ በ፲ወ፻፡ ዓመት፡ እምዓመተ፡ መንግሥቱ፡ ለንጉሠ፡ መለክ፡

[s] Est eadem relatio, quae supra in Cod. XXVI. fol. 101, sq., et Cod. XXVIII. fol. 10—14. legitur.

ሰገድ፡ ኀያል፡ ወጽኑዕ፡ መዋኢ፡ በውስተ፡ ፀብእ፡ እግዚአብሔር፡ ያጽንዕ፡ መዋዕሊሁ፡ ከመ፡ መዋዕለ፡ ፪ ዕፀው፡ (sic) ዘይት፡ አሜን፡ ወአሜን፡ "Ad finem perducta est historia Judaeorum[t] anno mundi 7073, anno Alexandri bicornis 1898, anno incarnationis Domini nostri, Jesu Christi, cui gloria sit, 1573, anno Martyrum 1297, decimo octavo anno regni Malac-Sagad Regis, potentis et fortis, victoris in bello; Deus confirmet ejus dies, sicut dies duarum olearum! Amen."

Deinde ab ejusdem sectionis capite secundo (fol. 87) historia regni ejus, inde ab XVIII usque ad XXIX annum, continuatur.

Fini sectionis nonae subscriptum legitur: ተወጥ ነ፡ ዝንቱ፡ መጽሐፍ፡ በትእዛዘ፡ መለክ፡ ሰገድ፡ ንጉሠ፡ ወተፈጸመ፡ በረድኤተ፡ እግዚእነ፡ ኢየ ሱስ፡ ክርስቶስ፡ ዘሎቱ፡ ክሂል፡ ላዕለ፡ ኵሉ፡ ግብር፡ ወቦቱ፡ ይከውን፡ ፍጻሜ፡ ኵሉ፡ ነ ገር፡፡ ስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ ወላዕሌነ፡ ይ ኩን፡ ምሕረት፡ "Inchoatus est hic liber jussu Malac-Sagad Regis; ad finem perductus est auxilio Domini nostri, Jesu Christi, cui potestas supra omnia, et penes quem consummatio omnis verbi est. Gloria sit Deo, super nos autem sit miseratio!"

XXX.

Codex membranaceus, formae 4ae, 108 folia continens, quorum paginae in ternas columnas divisae sunt.

Folia 1—75 antiquiora, et nitide exarata sunt. Videntur esse exscripta tempore Socinii Regis, sed post ejus mortem correcta[u]. Folia 76—108 cura J. Brucii in Abyssinia minus bene transcripta sunt.

Historia Regum Abyssiniae.

1. *Historia Socinii Regis.* fol. 1—75.

Post longam Praefationem hic titulus praefixus est: ንጽሕፍ፡ ዜናሁ፡ ለንጉሠ፡ ኀያል፡ መዋኢ፡ ንጉሠ፡ ነገሥት፡ ሱስንዮስ፡ ዘልቡ፡ ውስተ፡ የ ማኑ፡ ወአዕይንቲሁ፡ ዲበ፡ ርእሱ፡ መፍቀሬ፡ ጥበብ፡ ወፈታሒ፡ ርቱዕ፡፡ ወጸላኢ፡ ዓመፃ፡ ወርሑቅ፡ እምእከይ፡፡ ወስፉሕ፡ እድ፡ በው ሂብ፡ ወተወካሊ፡ ላዕለ፡ እግዚአብሔር፡ ክ ቡር፡ ወልዑል፡ etc. "Scribemus Historiam Regis potentis, victoris, Regis Regum, Socinii, cujus cor in dextra ejus, et oculi super capite sunt, studiosi sapientiae, judicis justi, detestantis injuriam, alieni a malo, largitoris liberalis, confidentis in Deo, gloriosi et celsi," etc.

Complectitur hoc opus 99 capita (ምዕራፍ፡), et ex annalibus proprie dictis consistit, in quibus ejus historia, secundum ordinem annorum singulorum disposita, refertur. Completi sunt, et sub finem ejus obitus brevi memoratur.

2. *Compendium Historiae [x]Basilidis Regis, filii Socinii.* fol. 76, 77.

Tit.: ታሪክ፡ ዘሐፄ፡ ፋሲል፡ "Chronicon augustissimi Basilidis."

Incipit: ወነግሠ፡ ወልዱ፡ ሐፄ፡ ፋሲለደስ፡ ወስመ፡ መንግሥቱ፡ ዓለም፡ ሰገድ፡ "Et regnavit filius ejus, Basilides augustissimus, nomine regni Alam-Sagad," etc.

Sunt annales brevissimi, in quibus ad singulos regni ejus annos, numero 36, res memorabiliores brevi notatae sunt.

3. *Historia Joannis, nomine regni A'lâf-Sagad.* fol. 78—108.

Tit.: በስመ፡ - - - ንቄጥን፡ ጽሒፈ፡ ዜናሁ፡ ዘይጥዕም፡ እመዓር፡ ወሦከር፡ ወይትበደር፡ እ ምወርቅ፡ ወእምእብነ፡ ጳዝዮን፡ ክቡር፡፡ ዘይ ስሕብ፡ አፈ፡ ኀበ፡ ተናግሮቱ፡ ወእዝነ፡ ኀበ፡ ሰሚዖቱ፡ ለክቡር፡ ወዐቢይ፡ ንጉሠ፡ ነገሥት፡ አእላፍ፡ ሰገድ፡ በጸጋ፡ እግዚአብሔር፡ ዘተሰ ምየ፡ በስመ፡ ዮሐንስ፡ ወንጌላዊ፡ etc. "In nomine Patris, etc. Incipimus scribere historiam, quae dulcior est quam mel et saccharum, et pretiosior, quam aurum et topazius gemma, quae os attrahit ad loquendum, et aurem ad audiendum, Historiam gloriosi et magni Regis Regum, A'lâf-

---

[t] Sc. historia Regum Aethiopiae, qui a Salomone Rege oriundi esse feruntur, et Israelitarum nomen habent.

[u] Permultorum enim locorum, adeo totarum columnarum scriptura erasa est, et passim nova substituta.

[x] Originalis hujus regni historia J. Brucio non obvia fuisse videtur.

Sagad, cui Dei gratia nomen Joannis Evangelistae datum est."

Sunt Annales, ad singulos ejus regni annos dispositi, sine dubio tales, quales sub ejus regno compositi sunt.

Finis deest.

XXXI.

Codex membranaceus, formae 4ae, 119 folia continens, quorum paginae in ternas columnas divisae sunt, cura J. Brucii, in Abyssinia, variis manibus exaratus.

Historia Regum Aethiopiae.

1. *Historia Jasu Regis, nomine imperii Adjâm-Sagad.* fol. 1—110.

Tit.: በስመ፡ - - - ንዌጥን፡ ጽሒፈ፡ ዜናሁ፡ ለንጉሠ፡ ነገሥት፡ አድያም፡ ሰገድ፡ ወበጸጋ፡ እግዚአብሔር፡ ዘተሰምየ፡ በስመ፡ መስፍን፡ ኢያሱ፡ ወልደ፡ ነዌ፡ "In nomine Patris, etc. Incipimus scribere Historiam Regis Regum Adjâm-Sagad, cui gratia Dei nomen Jasu, filii Nave, Judicis, datum est."

Sunt Annales ad singulos regni ejus annos mensesque, ab historiographis aulicis conscripti. A vigesimo primo regni Regis anno historiographus alius scribere incepit, qui haec praemisit: ዜናሁ፡ ለንጉሠ፡ ነገሥት፡ አድያም፡ ሰገድ፡ ገብረ፡ ንጉሠ፡ ነገሥት፡ እግዚአብሔር፡ ዘይሤለስ፡ ወይትዋሐድ። ብዙኃን፡ እለ፡ አኃዙ፡ ይጽሐፉ፡ ወይንግሩ፡ በእንተ፡ ነገር፡ ዘንሕነ፡ ጠየቅናሁ። ባሕቱ፡ ረትዐኒ፡ ሊተ፡ ወፈቀድኩ፡ እትልወ፡ እምጥንቱ፡ እስመ፡ ነበርኩ፡ አነ፡ እንዘ፡ እተሉ፡ ኵሎ፡ በበመትልው፡ ወአጤይቆ፡ በጥይቅና፡ እጽሐፍ፡ ዜናሁ፡ ወመንክራቲሁ፡ ለንጉሥ፡ ኢያሱ፡ ሳዕሌሁ፡ ሰላም። "Historia Regis Regum, Adjâm-Sagad, servi Regis Regum, Dei, qui trinus et unus est. Postquam multi conati sunt scribere et narrationem contexere de rebus, quas nos cognovimus, mihi quoque, omnia a principio diligenter assecuto (omnia enim ipse secutus sum ex ordine, et accurate cognovi) visum est, historiam et miracula Jasu Regis, cui salus sit, conscribere [y]."

Additus est Appendix fol. 108—110, inscriptus: ውስተ፡ ደሰያት፡ "In insulis;" ubi vita Regis in Insula lacus Dembeae, tempore exilii ejus, describitur.

[y] Imitatus est auctor Prologum Evangelii Lucae.

2. *Historia Tecla-Haimânôt Regis, et successorum.* fol. 111—119.

a.) Historia Tecla-Haimânôt Regis. fol. 111, 112. Inscriptio nova non addita est: quaedam ex ejus regno jam in Appendice Annalium Jasu Regis relata sunt. Caeterum hoc tantummodo compendium historiae ejus est.

b.) Historia Theophili Regis. fol. 112—114. Incipit: ወነግሠ፡ ቴዎፍሎስ፡ ወስመ፡ መንግሠቱ፡ አጽራር፡ ሰገድ፡ "Et regnavit Theophilus, nomine regni Atzrâr-Sagad," etc.

c.) Historia Justi, usurpatoris. fol. 114, 115. Incipit: ወነግሠ፡ ዮስጦስ፡ በኀይል፡ እንዘ፡ ኢይደልው፡ መንግሠት፡ "Et regno potitus est Justus, vi et contra legem," etc.

d.) Historia David, Regis. fol. 115—119. Incipit: ወነግሠ፡ ዳዊት፡ ወልደ፡ ንጉሠ፡ አድያም፡ ሰገድ፡ ወአሚሃ፡ ዕድሜሁ፡ ለዳዊት፡ ፳ወ፩ ዓመት፡ ወተሰምየ፡ ስመ፡ መንግሠቱ፡ አድባር፡ ሰገድ፡ "Et regnavit David, filius Adjâm-Sagad, Regis, quum viginti annos et unum natus erat, regni nomine appellatus Adbâr-Sagad," etc.

Compendia Annalium Regum brevia sunt.

XXXII.

Codex membranaceus, formae 4ae, 154 folia continens, quorum paginae in ternas columnas divisae sunt, cura J. Brucii, in Abyssinia, characteribus grandioribus, exaratus.

Historia Regum Aethiopiae.

1. *Historia Bacâffae Regis.* fol. 1—30.

Sunt Annales, a tribus historiographis aulicis compositi.

a.) Pars prima quatuor primos regni annos complectitur. fol. 1—11.

b.) Pars secunda scripta est a Sinoda, historiographo. fol. 11—23.

Fol. 11. haec leguntur: ዝውእቱ፡ መጽሐፈ፡ ታሪክ፡ ዘአጽሐፎ፡ እምአመ፡ አብጽሐኒ፡ ጠ

ቢብ፡ ወማእምረ፡ ልብ፡ ንጉሠ፡ በካፋ፡ እስከዝ፡ መዓርገ፡ ሢመት፡ ዘወእቱ፡ ጸሐፊ፡ "Hoc est Chronicon, quod ego scribo, inde ab eo die, quo Bacâffa, Rex sapiens et prudens, me in altam hanc historiographi dignitatem promovit."

Deinde in fol. 23 annotatum est: ወአመ፡ ፮ ለነሐሴ፡ አዕረፈ፡ አዛጋር፡ ሲኖዳ፡ ዐቢይ፡ ካህን፡ መምህረ፡ ደቂቀ፡ ንጉሠ፡ ወጸሐፌ፡ ታሪክ፡ ዘጊቤ፡ ወጀዊ፡ ወላስታ፡ ወውእቱ፡ ዘጸሐፈ፡ መጽሐፈ፡ ሰዋስው፡ ዘበጽሐ፡ ውስተ፡ ኵሉ፡ ዓለም። ወዓዲ፡ ደረሰ፡ መዝሙረ፡ ሐፄ፡ ኢያሱ፡ ሰማዕት፡ ሐዲስ። ባሕቱ፡ እግዚአብሔር፡ ያዕርፍ፡ ነፍሶ፡ ውስተ፡ ሕፅነ፡ አብርሃም፡ ይስሐቅ፡ ወያዕቆብ፡ "Sexto Nahassê mensis die obiit Sinoda, consiliarius, sacerdotum summus, magister filiorum regis, et auctor Chronici Gîbê, et Djâvî, et Lâstâ. Idem scripsit Vocabularium illud, quod per totum orbem evulgatum est; item Psalmum in augustissimum Jasu, Martyrem novum, composuit. Sed Deus ejus animae largiatur requiem in sinu Abrahae, Isaaci et Jacobi!"

c.) Pars tertia a Kenfa-Michael conscripta est. fol. 23—30.

Incipit: ወእምዝ፡ ጸሐፈ፡ ወልዱ፡ ክንፈ፡ ሚካኤል፡ "Post haec scripsit Kenfa-Michael, filius ejus (Sinodae)."

Subscriptum est: በዝየ፡ ተፈጸመ፡ ታሪክ፡ ንጉሥነ፡ በካፋ፡ በሰላመ፡ እግዚአብሔር፡ አሜን፡ "Hic explicit Chronicon Regis nostri Bacâffae, in pace Dei. Amen."

2. *Historia Jasu, filii Bacâffae, Regis.* fol. 31—104. 111—116.

Praemissa est Genealogia 1.) Jasu regis, inde ab Adamo [z], fol. 31—33; 2.) Menthewâb Ithêgê [a] (Reginae), fol. 33—35.

Historia ipsa 48 capitibus absolvitur, quorum tredecim vitam ejus, priusquam ad regnum promotus est, complectuntur, caetera historiam regni ejus, juxta annos singulos dispositam, continent.

3. *Historia Joas Regis, et Ras Michaelis* [b]. fol. 105—110. 117—154.

Quindecim capitibus utriusque historia absolvitur. Annorum, qui descripti sunt, ultimus est annus mundi 7261, Christi juxta aeram nostram 1769.

Subscriptum est: ናሁ፡ ፈጸምነ፡ ታሪክ፡ ዚአሆሙ፡ ለንጉሠነ፡ ኢያሱ፡ ወለንጉሠነ፡ ኢዮአስ፡ ወለንግሥትነ፡ ወለተ፡ ጊዮርጊስ፡ በረድኤተ፡ እግዚአብሔር፡ አሜን፡ ወአሜን፡ ለይኩን፡ ለይኩን። "Ecce, ad finem perduximus Chronicon Jasu et Joas, Regum nostrorum, et Walata-Giorgis, Reginae nostrae, cum auxilio Dei. Amen et Amen. Fiat, fiat!"

PHILOLOGIA.

XXXIII.

Codex membranaceus, formae 4ae magnae, 27 folia continens, quorum paginae in binas vel plures columnas divisae sunt, cura J. Brucii in Abyssinia, minus accurate exscriptus. Folia ultima a conglutinatore laesa sunt.

SPECIMINA LINGUARUM ABYSSINIAE [c].

1. *Canticum Canticorum, Amharice.* fol. 1—4.

2. *Vocabularium linguae Amharicae et Gallanicae, brevius.* fol. 5, 6.

Columna tertia exscribendis vocabulis Shânkelae [d] linguae reservata erat; sed omissa sunt haec vocabula.

3. *Canticum Canticorum, in lingua Falâschâ* [e] *nationis.* fol. 7—9.

4. *Vocabularium quinque linguarum*, scilicet Amharicae, Falâshâ, Gâfât, Agaw, Tschirâtschâ-Agaw [f]. fol. 10—13.

Vocabula in quinque laterculis parallelis exscripta sunt.

---

[z] ዜና፡ ልደቶሙ፡ ለነገሥት፡ እምአዳም፡ እስከ፡ ይእዜ። Est eadem Genealogia, quam supra in Codice XXVI. fol. 100. sq., in Cod. XXVIII. fol. 7. sq., et in Cod. XXIX. fol. 1. sq. legimus.

[a] ወደገመ፡ ንጽሕፍ፡ ኍልቈ፡ ልደት፡ ዘይቴጌ፡ ምንትዋብ፡ ዘኮነ፡ (sic) እምቤተ፡ መንግሥት፡ ሐፄ፡ ሚናስ።

[b] De Ras Michaele vide J. Bruce's Travels. Ed. II. 8vo. vol. iv. p. 136—188.

[c] Fragmenta ex omnium harum linguarum speciminibus typis impressa leguntur in Bruce's Travels. 1790. 4to. vol. i. p. 400; Vocabularia, in Bruce's Travels. Ed. II. 8vo. vol. ii. p. 494—497; vol. iii. 425, 426.

[d] ሻንቅላ፡ [e] ፈላሻ፡

[f] ጋፋት። አገው። ጪራጪ፡ አገው።

5. *Canticum Canticorum, in Gâfât lingua.* fol. 14—17.

Subscriptum est: ይህ፡ የጋፋት፡ ልሳን፡ ነው፡ "Haec est Gâfât lingua."

6. *Canticum Canticorum, in Dâmôt-Agaw lingua.* fol. 18—20.

Subscriptum: ይህ፡ የአገው፡ ልሳን፡ ነው፡ "Haec est Agaw lingua."

7. *Canticum Canticorum, in Tschirâtschâ-Agaw lingua.* fol. 21—23.

Subscriptum: ይህ፡ የጪራጬ፡ አገው፡ ልሳን፡ ነው፡ "Haec est Tschirâtschâ-Agaw lingua."

8. *Canticum Canticorum, in Gallanorum lingua.* fol. 24—27.

Subscriptum: ይህ፡ የጋላ፡ ልሳን፡ ነው፡ "Haec est Gallanorum lingua."

XXXIV.

Codex chartaceus, formae 4ae minoris, folia 20 continens, ab homine Europaeo scriptus.

MISCELLANEA.

1.) Alphabetum Phoenicium, Hebraeum, Samaritanum, Syriacum, Arabicum, Aethiopicum. fol. 1.

2.) Mensium nomina Coptica et Aethiopica. fol. 2.

3.) Alphabetum Armenium. fol. 3.

4.) Sententiae quaedam Persicae. fol. 4.

Caetera folia vacua sunt.

XXXV.

Codex chartaceus, formae 8ae, 39 folia continens, ab homine Europaeo scriptus.

GRAMMATICA PERSICA ET AETHIOPICA.

1.) *Grammatica Persica*, in qua tractatur de alphabeto, declinationibus, numeris, pronominibus, adverbiis, praepositionibus, conjunctionibus, verbis; *Latine.* fol. 3—37.

2.) *Alphabetum Aethiopicum.* fol. 38.

3.) *Fabula* de formica cum Salomone colloquente *Arabica, literis Aethiopicis scripta.* fol. 38, 39.

4.) *Pater Noster*, *Aethiopice.* fol. 39.

INDEX.

Numeri Romani Codices, numeri Arabici paginas Catalogi indicant.

FINIS.

For use in
the Library
ONLY